

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptuarium allegoriarum sacrarum praecipua fidei christianae capita illustrantium: indice quadruplici instructum post editiones 5 revisum, iam septimo recusum**

**Botsack, Johann**

**Francofurti ad Moenum, 1678**

Caput IX. De christo, persona ejus et officio, [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-142795](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-142795)

## CAPUT IX.

DE CHRISTO, PER-  
SONA EJUS ET OFFICIO,variisque attributis, de vitæ  
curriculo.

## ARTICULUS I.

DE VARIIS CHRISTI NOMINIBUS  
& attributis.*CHRISTUS EST AQUA VIVA  
in Bethlehem.*

432. *David cupiebat bibere ex cisterna Bethlehemi-  
tica, 2. Sam. 23. v. 15.* Christus est vera illa aquæ vivæ ci-  
sterna, ex qua bibere sitientes, beati sunt, Matth. 5, 6.  
*Beati qui esuriunt justitiam, sitiunt q<sup>3</sup>.* Sitis illa in nul-  
lo alio explebitur fonte, quam Christo Act. 4. v. 12.  
quia justitia in solo Christo est, Jer. 23. v. 6. *Hæc aqua  
sub porta Bethlehemitica invenietur, hoc est, Ecclesia,*  
quæ est vera domus panis, Christi scilicet.

## CHRISTUS EST AQUILA

ex Matth. cap. 24. v. 28.

433. *1. Ob visus acrimoniam, quâ Aquila pollet,*  
Hiob. 39. v. 32. Ita Christus omnia videt, ut omnipræ-  
sens. Psal. 139. v. 7. *Quo ibo à Spiritu tuo? Joh. 2. v. 25.*  
scit, *quid sit in homine.*

*2. Ob certationem cum Draconibus:* Ita Christus  
certavit cum Dracone infernali, Apoc. 12. v. 7. certa-  
bitque pro Ecclesia, Dan. 12. v. 1. *Jof. 5. v. 14.*

*3. Ob fortitudinem:* Ita Christus verè fortis ille  
est, qui prædam Satanæ abstulit, Luc. 11. v. 22. *Esa. 49.*  
*v. 25.*

Q 5

2. Ob

4. *Ob prudentiam* : Alis enim pulvere repletis oculos cervorum excæcat aquila : Ita Christus gratiæ suæ alas pulvere miserorum peccatorum opplet, & ita Satanæ membra excæcat, relinquendo in cæcitate Satanæ, 2. Cor. 4. v. 4.

5. *Ob volatum altissimum* : Ita Christi Deitas est ineffabilis. Prov. 30. v. 19. Viam aquilæ in cælo nemo scit: Evangelii mysterium ineffabile, in quod & angeli introspicere gestiunt. 1. Pet. 1. v. 12.

6. *Nidificationem* : In petris saltem nidum facit: Ita Christus Ecclesiam in se tanquam petra ædificavit: Matth. 16. v. 18. Hæc est nidus ille, Psal. 84. v. 4.

7. *Pullorum probationem* : Hos ad solem statuit, ut sine nutatione illum intueantur : ita pii ad æstus & solem tribulationis, ut patriam discant, constituuntur, Rom. 5. vers. 4. *Tribulatio patientia mater eorundem.*

8. *In volando exercitationem* : Ita Christus probat nos cruce, quomodo volare possimus ad eum precibus. Esa. 26. v. 16. *vexatio dat intellectum. Serva nos Domine, quia perimus,* Matth. 8. v. 25.

9. *Ad cadavera properationem* : Ita Christus ad nos, ut cadavera properavit, in vitam revocanda, per mortem propriam, 2. Tim. 1. v. 10.

10. *Nidi conservationem* : gemmam enim huic infert, quæ Ætites dicitur, omniaq; venena pellit. Christus *gemmam verbi in nido Ecclesie* posuit, contra venena hæreticorum & impiorum.

11. *Nidi lustrationem* : Herbâ enim callitricho nidum lustrat, quæ, ne defluant capilli, præservare dicitur : Ita Christus *herbâ crucis* nidum Ecclesie lustrat, ne pietatis vigor deflorescat.

12. *Sum Dracone divitiarum & Dejav* : Ita perpetua manet

net dissentio, inter Belial & Christum, 2. Corinth. 6.

v. 15.

CHRISTUS EST VERA ARCA

fœderis.

434. 1. *Ob aurum, quò obducta erat.* Exod. 25. v. 11. Aurum notat divinam naturam.

2. *Annulos quatuor aureos, qui quatuor Evangelistas præsignificant.*

3. *Vestes deauratas, qui verbum & sacramenta, in quibus Christus portatur, notant.*

4. *Arca fœderis dicitur: Christus est vera arca fœderis, non legalis, sed Evangelici.* Jer. 31. v. 31. *liberi,* Galat. 4. v. 24. *novi,* Matth. 26. v. 28. Luc. 1. v. 72. 1. Cor. 11. v. 25. *melioris,* Hebr. 7. v. 22. cap. 8. v. 6. cap. 10. v. 16.

5. *In arcam fœderis testimonium ponebatur,* Exod. 25. v. 16. cap. 40. v. 20. Testimonium erat legis terrenis. In Christo est testimonium gratiæ reconciliationis, quia in ipso omnis plenitudo, Joh. 1. v. 16. Col. 1. v. 19.

6. *Jos. 3. v. 11. Arca fœderis transituros Jordanem Israelitas præcessit:* Ita Christus præcessit per Jordanem divini judicii, moriendo, ut nos transiremus, sequi possemus & cœlestem ingredi Canaan.

7. *In arcâ fœderis erat Manna.* In Christo est nova lex charitatis, *virga crucis, Manna* consolationis.

CHRISTUS EST VERUS ARIES

& aurora.

435. *Qui pro Isaaco, h. e. toto genere humano oblatus est,* Gen. 22. v. 13.

2. *Ut aries in holocaustum offerebatur:* Ita Christus pro nobis oblatus est in holocaustum. Esa. 53. vers. 6. Rom. 4. v. ult,

3. *Arieti manus imponebat Aaron & filii ipsius,*  
 & ita

& ita Sacerdotes consecrabantur, Exod. 29. vers. 15. Ita Christo peccatrice omnium manus impositæ sunt, quas ille portavit, ut sacerdotes spirituales fieremus, I. Petr. 2. v. 9. Apoc. I. v. 6.

4. *Aries est ductor gregis ovium* : Ita Christus ducit oves suas, ut Pastor. Psal. 23. & tandem ad aquas viuas eas ducet. Apoc. 7. v. 17.

5. *Altare quog, tingebatur sanguine arietis* : Ita crux tincta fuit Christi sanguine ; imò conscientie nostræ mundatæ sunt verè à mortuis operibus, Hebr. 9. v. 11. seq.

#### AURORA CHRISTUS EST.

436. Ose. 6. vers. 3. *Quasi diluculum preparatus est egressus ejus, & veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ.* Vaticinium illustre de Christo, qui verè aurora & diluculum.

1. *Noctis & diei mediatione.* Ut enim aurora diem noctemque discriminat : Ita Christus se medium stitit inter Vet. T. noctem & N. diem, Rom. 13. vers. 12. Omnes legis umbras suæ claritatis fulgore dissipavit, Coloss. 2. v. 17. Hebr. 10. v. 1.

2. *Latronum fugatione* : qui aurorâ veniente fugiunt : Ita latrones infernales fugati sunt, adveniente Christo, 2. Timoth. 1. v. 10. Luc. 11. v. 22.

3. *Roris infusione* : aurora secum fert rorem : Ita Christus rorem Sp. Sancti nobis infundit. Tit. 3. v. 6. rorem Evangelii doctrinæ.

4. *Aëris dulcoratione* : rore enim aër velut dulcis redditur. Ita factum in nativitate Christi. Luc. 2, 20. Angelis in aère concinentibus.

5. *Refrigeratione.* Aurora refrigerat : Ita Christus æstum legis & peccati. Gal. 3. v. 13.

6. *Avium latificatione.* Ut enim sub auroram aves lætæ

lætæ concinunt. Ita aurora cœlesti Christo lætificati sumus. Luc. 2. v. 10. nosq; miseræ aviculæ sub alis solis justitiæ collecti sumus; Mal. 4. v. 2. *Timentibus nomen meum orietur sol justitiæ.* Conf. infra 442. alleg.

## CHRISTUS CIBUS NOSTER.

437. *Exiit cibus de comedente,* Judic. 14. v. 14. & *dulcedo de forti.* Comedens ille Christus est, leo de tribu Juda, è quo cibus exiit, quando nobis factus est cibus sacramentalis in cœnæ epulo, & spiritualis in verbo, quando se primum discerpi passus est. Ps. 22. v. 13. Dulcedo quoque de hoc forti exiit. Hæc est *dulcedo verbi & consolationis.* Psal. 19. v. 11. Psal. 25. 8. Psal. 119. v. 103. dulcedo meriti & passionis.

## CHRISTUS FRUMENTUM

& cibus.

438. Zach. 9. v. 17. *Quod est bonum, & quid pulchrum ejus: nisi frumentum electum & vinum gemmans virgines.* Bonum nullum est Ecclesiæ, nisi in bonitatis fonte Christo, qui etiam bonum est Israel. Ps. 73. v. 1. Pulchritudo sola est in pulcherrimo filiorum hominum, Psal. 45. 2. quique Ecclesiam suam sine macula esse fecit. Eph. 5. v. 27. *Fru mentum* Ecclesiæ electum Christus est, qui nostri causa in passione sua velut molâ contritus est, quemque fide & ore ut frumentum spiritualiter comedimus, Joh. 6. v. 50. Matth. 26. *Vinum generans virgines sanguis Christi est* spirituali amore Christo adherentes, 2. Cor. 11. v. 2.

CHRISTUS EST VERUM ECCLESIAE  
candelabrum.

439. *Candelabrum Moysi septem lampadibus lucebat,* Exod. 25. 37. Christus est verum candelabrum, offerens lucem illuminationis. Joh. 1. v. 19. *Septem lampadibus, hoc est, variis Spiritus Sancti donis.* A-  
poc.

poet. 1. 4. instructum, supra tamen confortes. Psal. 45. v. 8. nosq; instruens, Spiritum Sanctum in nos effundens. Tit. 3. v. 5. Hoc candelabrum in templo Hierosolymitano luxit, quando Christus puer annorum 12. cum Phariseis scribisq; disputavit, Luc. 2. v. 46. 47.

CHRISTUS DILUCULUM, ET CAPUT plenum rore.

440. Hoseæ 6. v. 3. *Domini egressus, est quasi diluculum preparatus.*

1. Notatur *Egressus*. Egressus ille est ad consolandum, ut lætificet eos, qui totâ nocte auxilium ipsius expectarunt. Psal. 130. v. 6. *noctes laboriosas dinumerarunt.* Job. 7. v. 3. *Quorum ossa noctu perforantur.* Job. 30. v. 17. & *nocte meditantur,* Psal. 77. v. 7.

2. *Adventus expectatus*: Ut enim diluculum noctu expectatur: Ita etiam hoc spirituale diluculum Patres in V. T. expectarunt, sub ejus nocte velut laborantes, in umbris & typis: Coloss. 2. v. 17. Hebr. 10. 1.

3. *Mysticus significatus*. Etenim hoc diluculo veniente, *cucurbita legis exaruit,* Jon. 4. v. 7. Christi iustitiâ exoriente. Malach. 4. v. 2. *Diluculum latè se diffundit.* Joel. 2. v. 2. Ita Christi gratia, Titum. 2. 11. *Diluculo hoc Jericho infernus, expugnatus.* Jos. 6. v. 15. & 20. Piis enim Dominus præstò est, diluculum præparatum est, quo dies consolationis ipsis oritur. Diluculum enim Christus rorem secum tulit. Psal. 112. 4. Cantic. 5. v. 2. *Caput sponsi plenum est rore.* Ros Christus est spiritualis, fecundans nos. Joh. 15. v. 5. impingens nos, Gen. 27. v. 28. rore doctrinæ suæ revivificans nos. Esa. 26. v. 19.

CHRISTUS EST FLOS

verus.

441. *Restoruit enim è radice Jesse,* Esa. 11. v. 1. Vide plu-

plura. 445. all. Spirans odorem divinæ veritatis & gratiæ. Joh. 1. v. 14. & cognitionis Dei, 2. Cor. 2. v. 14. seq. Verè est herba, quæ dicitur *dracontea*, similis, quoad figuram, serpenti, ejus enim hasta maculis, velut serpens, conspersa est, venenum tamen non habet, sed potius serpentum est alexipharmacum. Talis flos Christus est, qui figuram serpentis vel draconis *in-*  
*duxit, draconem ipsum pepulit, Gen. 3. v. 16.*

CHRISTUS EST FLUVIUS DE PARADISO exiens, & flos.

442. Gen. 2. v. 10. *Fluvius egrediebatur de Paradiso*: Fluvius ille Christum denotare potest: Paradisus cælum, Luc. 23. v. 43. 2. Cor. 12. v. 4. Apoc. 2. vers. 7. Christus enim *fluvius ille* est, qui è cælo ad nos manavit. Hinc Dominus de cælo dicitur, 1. Cor. 15. 47. ad cælum ascendendo remigravit.

CHRISTUS EST FLOS.

443. Eia. 11. v. 1. *Egredietur virga de radice Jesse, & FLOS de radice jus descendet.*

1. *Odore.* Sparsit odorem Christus.
2. *Prædicationis & salyificæ cognitionis.* 2. Cor. 2. v. 14. per Evangelium.
2. *Nonne sacrificii odorem fragrantissimi Christus patri sparsit?* Eph. 5. v. 2.
2. *Pulchritudine.* Pulcherrimus flos est Christus, Psal. 45. v. 2.
3. *Fructu.* Fructus sunt dulcissimi arboris hujus felicissimi, justitiæ, vitæ æternæ, sanctificationis, 1. Cor. 1. v. 30.
4. *Melle.* Mel sacrum cœnæ dedit Christus. Vid. cœna est mel.
5. *Duratione.* Brevi tempore durat flos. Psal. 103. v. 15. 16. Floruit brevi tempore Christus flos in diebus carnis, Luc. 24. v. 26.

6. *Ser-*



6. *Sertorum materia.* Flores fertis præbent materias: Christus nostrum fertum, nostra corona est, 2. Tim. 4. v. 8.

7. *Seminis carentia.* Carent flores semine: semine caret terreno flos noster, Christus: Virum non cognovi: dicebat Maria, Luc. 1. v. 34.

### CHRISTUS EST HINNULUS cervorum.

444. Cantic. 2. v. 9. *Christus dicitur hinnulus cervorum, super montes saltans.* Hinnulus cervi dicitur Christus.

1. *Obimbellitatem;* Nam in statu integritatis Christus potentiam suam non exseruit. Sicut cerva cervò imbecillior est. Phil. 2. v. 7. sed eà se exiit, servus factus, cum esset Dominus. Rom. 15. v. 8. pauper, cum esset dives, 2. Cor. 8. v. 9.

2. *Oppugnationem:* Cerva manè ab omnis generis hostibus oppugnatur: Ita Christus manè captus est. Matth. 27. v. 1. Psal. 22. vers. 1. ab omnis generis hostibus afflictus.

3. *Odium inter cervam & serpentes.* Tale odium est Christo cum serpente Satana. 2. Cor. 6. 15. Gen. 3. 16.

4. *Ejulationem.* Devoratis enim serpentibus cervi miserabiles ploratus ingeminant: Idem fecit Christus in cruce, Psal. 22. v. 1. cum infernalem serpentem devorasset. 1. Cor. 15. v. 55.

### CHRISTUS EST LILIUM CON- vallium, est leo.

445. 1. *Verè lilium est Christus.*

1. *Ratione decoris.* Ut enim flos pulcherrimus & decorosus: Ita Christus decorosus & pulcher. Psal. 45. 2. Hunc decorem Ecclesiæ suæ communicat, quæ pulcherrima. Cant. 1. v. 8.

2. *Odo-*

2. *Odoris.* Liliū fragrantis est odoris : Ita Christus factus est patri, nostri causâ, odor bonus. Eph. 5. v. 2. & preces nostras, ut spiritualia odoramenta, benè odorari fecit. Rom. 8, 34. Joh. 16, 23. Psal. 141, 2.

3. *Medica operationis.* Liliū enim *radix* contusa inflammationes sanare, moribus serpentum *folia* mederi, *aqua* lepram curare dicitur. Æginet. lib. 7. in voce Crinos. Hæc apprimè Christo competunt, qui conscientiæ æstus & inflammationes *mitigat*, suorum vulnere recordatione, morsus *antiqui* serpentis Apoc. 12. v. 12. *sanat*. Psal. 103, 2. 3. & spiritualem peccati lepram *curat*. Liliū autem convallium est, hoc est, humile liliū, quod amat valles & superbos, h. e. montes detestatur, quibus resistit. i. Petr. 5, 5. Leo est Christus. Apoc. 5. v. 5. *Vicit leo de tribu Juda.*

1. *In prædicatione.* Ut leo rugit contra Phariseos & populi seductores quosvis. Matth. 23. per tot.

2. *In passione* Leo fuit, leoni infernali prædam extorsit. Esa. 49. v. 25. Luc. 11. v. 22. triumphum de eo egit. Coloss. 2. v. 15. caput illius contrivit. Gen. 3. 16. *Omnia ossa*, hoc est, robur. Leonum enim proprium est ossa conterere.

3. *In resurrectione*, quia virtute patris excitatus velut voce resurrexit. Rom. 6. v. 4. propriâ virtute resurrexit. Joh. 2, 19. Huc allegoricè patres accommodant illud. Num. 24. v. 9. *Recumbit us leo, quis contra illum resurget.*

4. *In iudicio* leo erit, emittens rugitum, vel

1. *Terribilem impiis* : Ite in ignem maledicti ! Quis non extimescat : Amos. 3. v. 8.

2. *Amabilem piis & vivificantem*, cum ii vocem filii Dei audient. Joh. 5. v. 28. 29.

R

CHRIST.

## CHRISTUS LUX OMNES

illuminare volens.

446. *Stetit Christus, ut cecum sanaret*, Luc. 18, 40. Nos omnes cæci sumus. Apoc. 3. v. 17. *jacentes in tenebris.* Matth. 15, 14. *quia obtenebratus est intellectus* Eph. 4, 18. Rom. 1. v. 21. *Christus autem est vera lux*, Joh. 1, 4. & 9. mundi. *Illuminat ergò, quod lucis proprium.* Et *stat*, hoc est, paratus est & expectat nostram illuminationem. *Ideoq; venit.* Joh. 1, 10. & 11. *invitavit*, Joh. 12. v. 35. *stat adhuc*, cordis nostri ostium pulsatur: *Aperiamus ei*, Apoc. 3. v. 20. non resistamus ei, ut olim Pharisæi, Actor. 7. v. 51.

## ILLUMINANS CHRISTUS

tenebras.

447. *Aurora adventante, tenebrae fugantur, calore solis omnia vivificantur.* 2. Sam. 23, 4. Ita illuminatio Christi tenebras mentis nostræ dispellit. Eph. 5. v. 8. *qui est vera lux, & oriens ex alto, rutilans sine nubibus.* *Regnum enim Christi sine nubibus est*: è contra Moses legem cum nubibus promulgat & fulminibus, in nube se recondit; facie terribilis apparet: Christus lux sine nube, sine terrore.

## MARGARITA EST CHRISTUS.

448. 1. *Ratione loci, in quo generatur.* Penes mare enim generatur: Ita Christus non in delitiis & voluptatibus *concha cordis* nostri includitur; sed in fluctibus tentationum & crucis, inter quos ille spiritualiter in cordibus generatur. In his enim habitat. Esa. 66. v. 2. cap. 57. v. 15. Psal. 34. v. 19. & 51. v. 19.

2. *Candoris.* Margarita enim quò candidiores, eò puriores melioresq; judicantur: Ita Christus margarita nostra, *candidissimus* est innocentia. Unde dentes ejus *lacte candidiores*, Gen. 49. v. 12. Ille est dilectus  
candi-

*candidus* Cant. 5. v. 10. unde etiam vestibus *candidis* vi-  
sus Dan. 7. v. 9. Marc. 9. 3. etiam in passione. Marc. 16.  
v. 5. capilli *eius candidi* Apoc. 1. v. 14. Hanc sanctitatem  
& innocentiam in throno iudicii manifestabit, Apoc.  
2. v. 11. piis omnibus donabit. Esa. 61. v. 10.

3. *Medica operationis*. Dicuntur enim margaritæ  
cordis palpitationi, animi deliquio, oculorum hebe-  
tadini mederi: Christus spiritualis margarita

1. *Cordis palpitationem* tollit, quoniam per eum pa-  
cem habemus, Rom. 5. v. 1. nec cor nostrum nos pot-  
est damnare. 1. Joh. 3. v. 19.

2. *Animi deliquio* medetur, cum vocat ad se omnes  
laborantes. Matth. 11. v. 28.

3. *Oculorum hebetudinem tollit*, cum dat oculos  
mentis illuminatos, Ephes. 1. v. 18. & verum in verbo  
*collyrium* præparat. Apoc. 3. vers. 18. Hoc collyrium  
David petebat. Psal. 119. v. 18. *Aperi mihi oculos, ut  
videam mirabilia legis tuæ.*

### CHRISTUS VERUS MELCHISEDECH,

& mirabilis. Hebr. 7. v. 1. seq.

449. 1. *Nomine*. Notat enim regem justitiæ: Chri-  
stus est talis, cujus *justitia* fidelibus imputatur. Gen.  
15. v. 6. Gal. 3. v. 6. germen *justitiæ*. Jer. 33. v. 15. sempit-  
ternæ Dan. 9. v. 24. omnis, Matth. 3. 15. sed per fidem,  
Rom. 3. v. 22. Ideo nobis factus est *justitia*. 1. Cor. 1. 30.  
Per hanc *justitiam*, per fidem imputatam, hic rex re-  
gnat in regno gratiæ. Rom. 5. v. 21. ut coronet nos co-  
ronâ *justitiæ* in regno gloriæ. 2. Tim. 4. v. 8.

2. Dicitur *rex Salem, hoc est, pacis* Hebr. 7. vers. 2.  
Gen. 14. v. 18. *Pacis rex* quoque Christus est, cujus re-  
gnum est *gloria* in veris Hierosolymis. Apoc. 21. v. 1.  
*Gratiæ regnum* quoque est in pace, quia pactum pa-  
cis nobiscum fecit: Ezech. 34. v. 25. *consilium pacis*

R 2

Za-

Zachar. 6. v. 13. direxit pedes in viam pacis. Luc. 1, 79. pacem habemus, justificamur. Ephes. 2. vers. 15. & 17. Mich. 5. v. 5.

2. *Ortu & genere, quo caruisse dicitur Melchisedech, ob scripturam silentium, non generationis negatum principium:* Fuit sine patre, sine matre, sine genealogia Hebr. 7. vers. 3. Sic Christus sine patre est, quoad humanitatis conceptionem Luc. 1. v. 35. sine matre, quoad Deitatis generationem. Psal. 2. v. 7. sine genealogiis ob æternam durationem. Mich. 5. v. 2.

3. *Vitæ ordine.* Fuit enim 1. Rex, Hebr. 7. v. 1. Sacerdos Dei altissimi, qui decimas obtulit Abraham. Gen. 14. v. 20. quique Abraham panem & vinum obtulit: Sic Christus est Rex, Psal. 2. v. 6. Psal. 45. v. 12.

2. *Sacerdos* Psal. 110. v. 4. Zach. 6. v. 13. Hebr. 10. v. 2. Matth. 21. v. 5. Panem & vinum nobis obtulit in *sacra cæna*. Huic decimas offerre debemus *gratitudinis & orationis*. 2. *Mirabilis quoque est*

1. *Respectu personæ.* 1. Timoth. 3. v. 16.

1. *In conceptione.* Novum enim creavit Dominus. Fœmina circumdedit virum. Jer. 31. v. 22.

2. *In nativitate.* Ez. 44. v. 2. *Porta clausa aperta est.*

3. *In predicatione.* Nunquam sic locutus est homo. Joh. 7. v. 46.

4. *In passione.* Mirabilis patientia, justitia, clementia. *Mirabile temperamentum utriusque.* Patientiam mirabilis. Posuit faciem suam, ut petram.

5. *In morte,* elementa mutando. Sol obscuratus, terra cõtremuit. Horsum omnia miracula posthuma.

6. *In resurrectione.* Sepulchrum clausum penetrando, januasque clausas, Joh. 20. v. 19.

7. *In ascensione,* captivitatem captivam ducendo, Ephes. 4. v. 8.

2. *Re-*

2. *Respectu officii mirabilis est.* Quod *mirabile est* in oculis nostris. Psal. 118. v. 23. quod *mirabiliter* administrat in *sanctis*, Psal. 4. v. 4. Psal. 31, 22. Psal. 66, 3. Sap. 10, 17. Pl. 68, 36. In *impiis*, eos puniendo *mirabiliter*, ut *Aegyptios*, quod passim Scriptura deprædicat. Imò *mirabilis in consiliis*, Esa. 29, 14. *mirabilis in iudiciis*. Rom. 11, 33. O altitudo! *mirabilis in testimoniis suis*. Psal. 119, 129. Uno verbo; *mirabile est nomen Domini*, quod complectitur omnia Domini, Jud. 13, v. 18.

## CHRISTUS EST VERUS

Naboth.

450. 1. Reg. 21. *Naboth ob vineam Achabo concedendam operâ falsorum testium, tanquam maledictor v. 10. damnatus est capitis, lapidatus*: Talis Naboth Christus fuit.

1. *Nomine*: Naboth Prophetam significat: Christus verè fuit Propheta, Deut. 18, v. 15.

2. *Vineâ*: Christi vinea est Ecclesia, Esa. 5, v. 2. seq. Hanc *Achabo infernali* tradere noluit Christus, sed sanguine potius suo redimere, Actor. 20, v. 28.

3. *Testium fraudulentâ*. Ut enim Naboth à falsis testibus iniquissimè delatus est duobus, v. 10. d. l. Sic Christus à falsis testibus accusatus. Duo testes falsi erant populus & Pharisei. Confer. Matth. 26, v. 60.

4. *Accusationis malitiâ & materia*. 1. Reg. 21, v. 10. *Benedixit Naboth Deum & regem*. Sic Christus quod se Deo & Cæsari *ἀντίθρον* fecisset. Matth. 26, v. 65.

5. *Achabi & Iesabelis conjunctâ operâ*. Sic in Christi passione Achab Satanas & Iesabel Synagoga Judaica operas conjunxerunt, Matth. 27, v. 1.

6. *Sanguinis Nabothi vindictâ*. Vid. 1. Reg. 21, 19. Ita & Christi sanguis vindictam Domini impetravit super Judæos; Sanguis enim ejus super Judæos. Mat. 27, v. 25.

R 3

CHRISTUS

## CHRISTUS VERUS NAZARENUS.

453. *Nezer* furculum significat. Christus autem furculum verè fuit, quando ex illibato virginis flore prodiit. Luc.1. v.35. Num.6,1. seq. Nazaræorum leges describuntur, quæ omnes in Christum suo modo quadrant.

1. *Abstinentia à vino* Nazaræis præcepta, significat in Christo vitæ curriculum omni delectatione mundanâ vacuum, miseris plenum. Esa.53. per tot.

2. *Abstinentia à mortuis*, notat Christi innocentiam & sanctitatem eximiam, vitamque omnis sceleris puram.

3. *Tonsura negligentia* usque ad diem completiviti, significat, Christo certum tempus passionis constitutum fuisse, quod ante nihil ei hostium technæ nocere potuerunt. Joh.7.v.6.30.

4. *Amicorum cognatorumque negligentia*, d.l. Num.6.v.7. præfiguratur in Christo ἀφοσώπολην ψίαν quodque spiritualem cognationem carnali prælaturus esset. Matth.12.v.ult. Rom.9.v.6.7. Joh.1.v.13.

5. *Impuritas inopina*. v.9. d.l. contracta ex inopinata morientis alicujus præsentia, Nazaræoque imputata, notat, omnes homines per peccatum mortuos esse, Eph.2.v.1. Col.2.v.13. impuros esse, Job.15.v.14.15. Mortui autem concidimus coram vero Nazareno, Jesu Christo, decreto S. Trinitatis, destinato Mediatore. Huic ergò nostra impuritas, mors nostra imputata, 2. Cor.5.v.21. Psal.69.v.6.

6. *Tonsura* v.9. d.l. facta est in Christo, cum spinis coronaretur.

7. *Eductio ante januam tabernaculi*, significat Christi eductionem extra Jerusalem.

8. *Sacrificia* Nazaræi erant duo. Expiatorium & Eucha-

Eucharisticum. Utrumque Christus obtulit in cruce,  
&c.

2. *Nazareth floridam quoque significat. Christus autem verè floridus est, sub illo enim pax & justitia re-  
floruit. Zach. 6, v. 12.*

## CHRISTUS VERE ORIENS

ex Alto.

454. Luc. 1. v. 78. .1. *Ob nostrum casum, cecideramus enim in peccatum, & in locum, in quo non est aqua. Zach. 9. v. 11. in tenebras, in quibus non est lux, Matth. 8. v. 12. Ergò necessum fuit oriri nobis liberatorem, lucem.*

2. *Ob V. Testamenti latibulum, in quo sub typis & umbris latebat Christus. Hebr. 10. v. 1. In novo autem ortus est ipse sol, tenebræ fugatæ; & sic verè oriens.*

3. *Ob multiplex bonum. Oriente enim Christo, orta est propitiatio nostri in complemento. Hinc propitiatorium orientem versus, Levit. 16, 14. conspersum fuit sanguine. In diebus Christi orta est nobis justitia. Psal. 72. v. 7. Orto sole homicidii reus poterat agi percutiens, Exod. 22. v. 3. At orto sole Christo nemo fide ei adhærens accusari potest. Rom. 8. v. 1. & 34. Hic est illa stella oriens ex Jacob. Num. 34. v. 17. Lucens nobis in valle mortis. Psal. 27. v. 1. luce illâ gratissimâ, qualis est orientis solis, 2. Sam. 23. v. 4. luce & gaudio longè majori *Judeorum per Mardocheum liberatorum*, Esther. 8, 16. Hæc est lux illa nobis in tenebris habitantibus orta. Esa. 9, 2. cum quâ justitia orta. Esa. 45, 8. & gloria. Esa. 60, 1. & *vermiculus legis Mosaicæ cucurbitam devastans*, Ion. 4. v. 7. Sub hoc orta est prosperitas templi Domini, Zach. 6, 12. Sol super bonos & malos oritur. Matth. 5. v. 45. Ita hic oriens sol, bonis & malis.*

R. 4

CHRI.



## CHRISTUS OSTIUM VITÆ

æternæ.

455. *Porta clausa.* Ezech. 44. v. 2. *Porta hac clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam.* Hæc est porta æternæ vitæ omnibus hominibus clausa, soli homini Christo, utpote in gratia soli, aperta. Rom. 5. vers. 15. nec sine eo quisquam transiit; ipse enim solus ostium est, Joh. 10. v. 9. qui aperuit viam sanctorum. Hebr. 9. v. 8. & per quem ad Patrem venimus Joh. 14. v. 6. *Panem quoq; comedet in hac porta princeps.* Hic Christus est. Josuæ 5. v. 14. pacis princeps, Esa. 9. v. 6. Ezech. 37. v. 24. Act. 5. v. 31. 1. Petr. 5. v. 4. Apoc. 1. v. 5. qui panem comedit coram patre suo, hoc est, cœlestia gaudia suis largitur. Luc. 22. v. 30. Matth. 26. v. 27.

## CHRISTUS EST PELICANUS.

456. 1. *Ob antipathiam cum serpente.* Autores August. & Gregor. super. 5. Psal. Talis quoque Christo est cum antiquo serpente Apoc. 12. v. 12. inimicitia. 2. Cor. 6. v. 15.

2. *Avium captivam.* Dicitur enim aves eas capere, quæ se in mare demergunt, ut pisces capiant, quarum capita Pelicanus apprehendit: Diaboli tales aves sunt, homines capientes, quorum capita Christus (non caudas, non pedes (ἀνδροπονοπάως) Gen. 3. v. 16.) contrivit, destructo per mortem. Hebr. 2. v. 14. infernò, cui homines immerferant. Zach. 9. v. 11. caput autem Diaboli mors & peccatum est. 1. Cor. 15. v. 55.

3. *Concharum cibum.* Pelicanus enim conchas marinas deglutit, easdem postea evomit: Ita Christus mortem deglutivit, sed rursus evomit, resurgendo ex mortuis. 1. Cor. 15. v. 55.

4. *Pectoris vulnerationem.* Mater enim pullos serpentum morfu halituque interfectos sui pectoris vul-

vulneratione & sanguine emisso vivificare dicitur. Sic Christus suo ipsius sanguine nos vivificavit, mortu infernalis serpentis trucidatos, Apoc. 1. v. 5.

5. *Leviticam immunditiam*: Nam Pelicanus terrestris Lev. 11. recensetur inter aves immundas: Ita Christus immunda avis, ob nos immundos, habitus est in mundo, 2. Cor. 5. v. 21. Psal. 69. v. 6.

## CHRISTUS EST PRIMOGENITUS,

respectu

457. 1. *Eternæ generationis*: A patre enim ab æterno genitus, Ps. 2. v. 7. Hinc etiam proprius Dei filius est, Rom. 8. v. 32. & unigenitus Joh. 1. 18. c. 3. v. 16.

2. *Temporalis incarnationis*. Nemo ex sancta virgine natus est, Christus solus, quo respectu ille verus primogenitus fuit. Matth. 1. 25. Ita Veteres: *Primogenitus est Christus non ob ordinem sequentis, sed negationem antecedentis.*

3. *Potestatis & dignitatis*. Nam primogenitorum erat & regia & sacerdotalis, Gen. 49. v. 3. cap. 25. v. 31. 2. Chron. 21. 3. Sic Christus & rex est, in monte Sion, Psal. 2. v. 6. & Sacerdos secundum ordinem Melchisedek. Psal. 110. v. 4. Confer. Hebr. 5. v. 6. cap. 7. vers. 17. 1. Cor. 15. v. 25. 2. *Christus est paracletus*, 1. Joh. 2. v. 1. *Habemus Paracletum*

1. *Ob accusantes*. 1. Legem: contra. Rom. 8. v. 33. cap. 10. v. 4. Gal. 4. v. 4. 5. *Satanam*. Apoc. 12. v. 12.

2. *Ob judicantem patrem*, qui omne iudicium filio dedit. Joh. 5. v. 22. Idem ergo iudex est & paracletus noster. O paracletum!

3. *Ob curam vigilantem*: Ita Christus paracletus semper vigilat pro nobis. Luc. 22. v. 32.

## CHRISTUS EST RADIX.

458. *In quo omnes pii radicati, respectu*

R 5

1. *Incar-*

1. *Incarnationis.* Ita ex radice Jesse ortus Christus. Rom. 15. vers. 12. Apoc. 22. v. 16. sicut *radix generatur ex humore terræ, cœlesti calore temperato*: Sic ex substantia nostra Christus natus est radix, Apoc. 5. v. 5. superveniente *virtute altissimi.* Nos enim terra sumus; Spiritus Sanctus cœlestis calor. Luc. 1. v. 35.

2. *Firmitatis & sustentationis.* Ut enim radix sustentat truncum ejusq; ramos, Rom. 11. 18. Ita Christus, Ecclesiæ corpus, Eph. 1. v. ult. singula ejus membra sustentat, Esa. 46. v. 1. 2. unde in ipso radicati sumus, Col. 2. v. 7. Extra Christum quisquis est, facile dissipatur, ut impii principes Esa. 40. v. 23. 24. Caveamus ergo ne per sterilitatem fidei defrangamur, Joh. 15. v. 6. aut charitatis extinctionem. In charitate enim radicati esse debemus, Eph. 3. v. 17.

3. *Virtutis.* Radix durissimos lapides penetrat: Ita Christus durissima gentilium Judæorumque corda faxea penetravit, succum gratiæ suæ instillavit. Hebr. 4. v. 12. verbô, amore. 2. Cor. 5. v. 14.

4. *Succo calorisq; derivationis.* Sic à Christo calor fidei & succus charitatis in nos, Spiritus Sancti operâ derivatur, Joh. 15. v. 1. 2. seqq. Rom. 5. v. 5. cum humor noster ob peccatum exsiccat. Psal. 32. vers. 4. Ille dat humorem verbi in cordibus. Luc. 8. v. 6. ut vera oliva, cum inserti, Rom. 11. v. 17. sumus.

5. *Occultationis.* Radix in terra occultatur: Christus nostra radix & vita nostra est abscondita, Col. 3. 3. 1. Joh. 3. v. 2.

## REFUGIUM NOSTRUM

Christus.

459. Num. 24. v. 21. *Nidum in petra reposuisse dicuntur Kenite: Sed tamen exciscindendi, v. 22.* Melior est fors piorum, qui cum in petra spirituali Christo

sto vivâ cordis fiducia nidum posuerint, nunquam movebuntor, Matth. 5. v. 25. Psal. 125. v. 1. Petra enim immobilis Christus est. Matth. 16. v. 18. Dicamus ergo cum Davide, 2. Sam. 22. v. 2. *Dominus petra mea & robur meum!*

## CHRISTUS EST RUBICUNDUS.

460. Cantic. 5. v. 10. *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Hic est Christus.

1. *Ob sanguinis effusionem.* Hinc vestimentum ejus rubrum est, Esa. 63. vers. 2. & mare rubrum baptismi Christus suo sanguine fecit, quando ex terra Edomorum, hoc est, hostium infensissimorum venit, & è Botzra metropoli eorundem, quæ infernum significare potest. Esa. 63. v. 1.

2. *Pudoris nostri incussionem.* Ille enim rubere dicitur, qui culpæ nomine convictus est: Ita Christus nostræ culpæ nomine convictus, accusatus, damnatus, Esa. 53. v. 5. pro nobis peccatum factus, 2. Cor. 5. 21. restituit, quod non rapuit, Plal. 69. v. 6.

3. *Ob alapas & percussionem.* Faciem enim suam percutientibus præbuit, Esa. 50. v. 6. in faciem suam procidit, Matth. 26. v. 39. Christus: Exhibuit conspuentibus faciem suam, ibid. v. 67. & sic rubicundus factus est.

## CHRISTUS EST SAL.

461. 2. Reg. 2. v. 21. *Sal in aquas injectum, eas salu-  
tates reddidit:* Sal illud Christus est, quod in ani-  
mâ per verbi prædicationem injectum, eam purifi-  
cat, veteris Adami putredines abstergit. Eph. 5. v. 25.  
*Plinius vina sale quoq; condiri asserit, arbores salis aquis  
ali:* Ita arbor fructifera, qui pius, à Christo vero sa-  
le alitur, cum insitâ peccati putredine liberatur in-  
dies per renovationem, 2. Cor. 4. 16. Sale ad pastum  
pecu-

pecudes sollicitari, autores sunt naturæ Mystæ: Ita Christus, fide comestus, animas ad pabulum spirituale incitat, ut gratiæ sitim indefessam experiantur, Joh. 4, 14. Matth. 5, 6. *Elisa in scaturiginem effudit sal.* Cor nostrum est scaturigo, sale spirituali corrigenda.

CHRISTUS EST NOSTRA SALUS,  
& cornu salutis.

462. Luc. I. v. 69. *Erexit nobis cornu salutis in domo David. Cornu salutis dicitur Christus:* Est enim

1. *Cornu saluiferum:* omnis enim ab eo salus. Act. 13. v. 48. cap. 10. v. 43. Psal. 27. v. 1.

2. *Cornu olei,* mansuetudinis, lætitiæ plenum, potentiæ & roboris, refugii. *Mansuetudinis.* Matth. 11. v. 28. *Lætitia spiritualis,* quæ sola in Christo est, Luc. 2. v. 10. Et sic cornu hoc significat *regnum gratiæ Christi.*

3. Cornu significat robur & potentiam: & sic Christus cornu, ob regnum *Potentia;* Conterit enim omnia cornua peccatorum. Psal. 75. v. 11. *Refugii:* Ipse enim est refugium pauperi. Ps. 9, 10. quique hoc cornu apprehendit, omnis accusationis expers erit, Rom. 8. v. 1. nec eum ab hoc cornu Satanæ, peccatum, abstrahere. Rom. 8. vers. 38. poterunt, ut Simeï factum 1. Reg. 2. v. 40. In hoc cornu gloriamur, ex Psal. 44. v. 6. Ventilabimus cornua inimicorum.

4. *Spiritualis unctiois nostri:* Ipse enim unxit nos Spiritu Sancto, & fecit nos spirituales sacerdotes, Apoc. 1. v. 5.

5. Breuiter: Cornu spirituale (Christus) est

1. Exaltatum super omnes inimicos.
2. Gloriosum ob reportatam victoriam.
3. Solatiferum.
4. Saluiferum. Christus enim gerit hoc cornu, caput Ecclesiæ, ut membra omnia sub eo tuta sint.

CHRI-

## CHRISTUS OMNIUM SALUS.

463. *Turba antecedeabant & sequebantur Christum Hierosolymas ingredientem*, Matth. 21. v. 9. *turba antecedentes, cives* Veteris Testamenti notant, qui Christum incarnatum præcesserunt, omnem salutem, Act. 15. v. 11. ab eo expectarunt, tanquam agnô ab origine mundi mactatô, Apoc. 13. v. 8. Hebr. 13. v. 8. *Sequentes verò, cives* N. Testamenti, qui Christum exhibitum amplectuntur verâ fide, Ap. 14. 4. *Sequuntur agnum.*

CHRISTUS EST VERUS SER-  
pens æneus.

464. Num. 21. v. 9. seq. i. i. *Ob durabilitatem.* Æneum quicquid est, durable est: Ita Christi meritum maxime durable est. Duravit enim ab æterno, in æternum durabit. Apoc. 13. v. 8. Hebr. 13. v. 8.

2. *Ob sonoritatem:* Æris in campanis & tubis magnus usus est. Præfiguratum fuit, sermonem de Christo longè lateq; disseminandum esse, sonô Apostolorum, Psal. 19. v. 5. Rom. 10. v. 18. Luc. 24. v. 47.

3. *Ob curationem.* Æs multis infirmitatibus medetur. Pulverisatum & exustum habet virtutem dissolvendi noxios humores, expurgandi: testibus Plinio, Dioscorid. Ita Christus æneus serpens expurgat peccata. Ex mortuo serpente fiunt antidota contra venena: Ita mors Christi. 1. Cor. 15. v. 56. contra peccati & mortis venenum est alexipharmacum.

4. *Ob perpetuitatem.* Ænea perpetua sunt: Ita memoria Christi passî debet esse perpetua. 2. Tim. 2. 8.

5. *Ob suspensionem,* serpens æneus suspendebatur: Ita Christus suspensus est in ara crucis, in signum infiniti mali, infiniti medici, *chirographi* sublatis, Col. 2, 14. Misericordia probatur, quia ob homines suspenditur Deus. Justitia ostenditur, quia suspenditur inno-

cen

centissimus, 2. Cor. 5. v. 21. Psal. 69. v. 6. Rom. 8. v. 23. Infinitum malum æstimatur ex lytri magnitudine Act. 22. vers. 28. Infinitus medicus elevatur in patibulo, ut omnes debitores gaudeant.

6. *Ob curationem.* Aspicientes æneum serpentem sanabantur: Ita Christum verâ fide qui aspiciunt, sanantur, Esa 53. 5. Luc. 4. 18. 1. Petr. 2. v. 24. Jer. 17. v. 14.

### CHRISTUS VERE SOL.

465. 1. *Magnitudine,* quâ sol terram superat: Ita Christus terrenis omnibus major, magnus consiliô, opere, Jer. 32. v. 19.

2. *Pulchritudine:* Ita sol justitiæ Christus pulcherrimus præ filiis hominum. Psal. 45 v. 3.

3. *Illuminatione:* Ita Christus tenebras inscitia, nequitia, tristitia illuminat, Rom. 13. 12. Ps. 27. 1. Pro illis dat cognitionem; pro istis justitiam, pro his lætitiâ.

4. *Cursu:* Syrach. 43. v. 5. Ita Christus concurret viam suam, ad nos redimendum, Psal. 40. v. 8. Ps. 19. 6. Exiit ut *sponsus per incarnationem*, *gigas per inferni debellationem*, à summo cœli, *per divinitatem*; ad finem ejus per *humilitatem*. Phil. 2. v. 5. 6. seqq. Calefaciens omnia Sp. Sancti *oblatione*.

5. *Calefactione.* Ita Christus facit nos amore Dei incallescere, cum & ipse nos diligit & dilectionem in cor nostrum effundit, Rom. 5. v. 5. & ipse exemplum est paternæ dilectionis, Joh. 3. v. 16. Cant. 8. v. 7.

6. *Stellarum reliquarum principum & ductu.* Ita Christus vera stella est. Num. 24. v. 17. Reliquas stellas ducit, cursum moderatur: Hi sunt Ecclesiæ doctores, quos Christus illuminat. Joh. 1. v. 5.

7. *Eclipticâ via sua ambulatione:* Ita Christus nobis via factus est & ecliptica, quando lumen ipsius nos in cruce deficit, Esa. 26. v. 16. Imò cum ipse Dominus

minus in crucem actus in sepulchro conderetur, visum est ejus lumen planè defecisse, Luc. 24. v. 21. *Speramus fore, ut Israellem liberaret.*

8. *Diei & noctis discriminatione.* Nox V. T. est, quod Christus à die N. T. distinxit, Evangelium revelans. Job. 1. v. 18. gratia apprens. Tit 2. v. 11.

9. *Temporum mutatione.* Sol vicissitudines temporum efficit, hyemis. a stas, veris, autumnus. Ita sol justitiæ Christus, hujus vitæ tempore, est in declinatione brumali. In die judicii propior nobis revelandus; & tunc *astis* erit. Luc. 21. v. 30.

10. *Mysticâ significatione.*

a. Gen. 15. v. 12. Sole occumbente, terror in Abrahamum incidit: Idem piis accidit, nocte crucis, Christo velut occumbente. Psal. 88. v. 16.

b. *Sole oriente, Sodomæ everfæ.* Gen. 19. v. 23. Ita mundus, Christo oriente in judicio.

c. *Manna liquecebat, sole ardente.* Exod. 16. v. 21. Ita & verbum Dei liquefcit in æstu crucis.

d. Exod. 17. v. 12. Mosis manus extensæ erant ad solis usque occasum: Ita semper orandum.

e. Num. 21. v. 11. *Castra posuerunt Israelitæ versus solis ortum:* Ita omnes actiones ad Christum dirigamus.

f. Num. 25. v. 4. *Principes populi in crucem acti, ad solem:* Ita impii in judicio. Matth. 25. v. 46.

g. Deut. 33. v. 14. *Nobilissimi fructus solis in terra Josephi:* Vita æterna est nostri Josephi terra; in hac nobilissimi beatitudinis fructus. Apoc. 22. v. 2.

h. 1. Sam. 11. v. 9. *Cives in Jabes auxilium expectabant,* sole ardente: Ita piorum auxilium in crucis ardore fit conspicuum. Psal. 73. v. 1. 1. Sam. 2. v. 6.

i. Nehem. 7. v. 3. *Hierusalem porta aperiebatur.* Sole æstum intendente: Ita tribulationibus maximè

cre-



crescentibus, tandem cœlestis Hierusalem porta aperietur. Apoc. 21. v. 21. seq.

k. Job. 8. v. 16. *Domus impii fructum fert sine sole:* Ita impiorum bona opera sunt hypocritica, sine Christo, quia sine fide. Hebr. 11. v. 6.

l. *Verbô impedit Deus ortum solis.* Job. 9. v. 7. Ita sol justitiæ in V. Testamento non ita clarè ortus est, tectus sub caligine sacrificiorum. Hebr. 10. v. 1.

m. *Tentorium in cœlo posuit soli Deus.* Psal. 19. v. 5. Solis Christi tentoriū pii cor est, El. 66, 2. Joh. 14, 23.

n. *Solum Christi est sicut sol.* Psal. 89. v. 37. Fulget enim coram Deo justitiæ suæ radiis. Malach. 4. v. 2.

o. *Salomon sub sole in iusta patientes vidit.* Eccl. 4. v. 1. Ita pii sub sole Christo premuntur.

p. *Dulce est oculis videre solem.* Eccles. 11. v. 7. Fidei oculis nihil dulcius est Christi intuitu. Ita Thomas Christum intuebatur. Joh. 20. v. 28.

q. *Sol facies adurit.* Cant. 1. v. 6. Ita cruce Christus urit.

r. Esa. 13, 10. *Sol Babylonis obscurus oriebatur:* Ita iudicio extremo non lucebit sol justitiæ impiis. Sapient. 5. v. 6.

s. Jer. 31. v. 35. *Deus solem dedit dici lucem.* Ita Christus auxilium dilatione obtegit velut nube. Thren. 3. v. 44.

t. *Sol Prophetis occidit.* Mich. 3. v. 6. Ita falsis doctoribus non micat lux Christi.

x. *Sole nihil clarius est.* Sir. 17. v. 30. Ita Christus omniscientiæ claritate abdita quæque penetrat.

y. Sir. 46. v. 5. *Ob Gideonem Domini militem stetit sol.* Ita ob pios Dei milites 2. Tim. 4. v. 8. sol Christus in iudicio stabit, ut iudex, liberator & vindex.

z. Sirach. 50. v. 7. *Sol lucet in templum Dei:* Ita sol

sol iustitiæ in templis, piis suis, lucet, ut vera illa lux.  
Joh. 1, 9. Jamenim fumus lux in Domino. Eph. 5. v. 8.

## CHRISTUS VERA STELLA

Maris,

466. Dominatur enim. *1. Vita amaritudini* Thr. 2. v. 13. Exod. 15. v. 25.

2. *Peccato*: quod ipse morte suâ sustulit: Peccatum verò mare est, in quò omnes natamur: ex eo autem nos Christus eripit. Mich. 7, 18. 19.

3. *Mundi vicissitudini*, quando eam in commo- dum electorum moderatur. Rom. 8, 28. *piis omnia in bonum*. Gen. 50, 20.

## CHRISTUS UNCTUS.

467. *Jacob super lapidem oleum fudit, cum conse- cravit*. Gen. 28, 18. Lapis verus Christus Psal. 118, 22. Esa. 8, 14. cap. 28, 16. In hunc Lapidem oleum fudit Pa- ter, hoc est, oleum Spiritus sancti, præter mensuram Psal. 89, 21. Psal. 45, 8. à cujus facie computruit jugum nostrum Es. 10, 27.

## CHRISTUS VERMIS.

conf. Ælian. lib. 5. c. 3.

468. Vermis est Christus. Psal. 22, 7. *Vermis sum, non homo*.

1. *Ob contemptum*, Quid vilius verme? quid Chri- sto in statu exinanitionis vilius, Es. 53, 3. c. 52, 14. Ver- mis conculcatur à quibusvis: Ita Christus etiam omni- bus pro vili & sub pedibus jacuit.

2. *Vermiculationem*. Cucurbitam *Jonæ* vermis de- populatus. Jonæ 4, 7. Hederam legis cucurbitam Christus vermis depopulatus. Finis enim legis Chri- stus. Rom. 10, 4.

3. *Olei effusionem*. Ex Ctesia Cnidio refert Ælia- nus lib. 5. cap. 3. *de verme Indico*, quod ille det oleum  
S quas-

quasvis materias ligneas comburens. Et si Imperator Persarum urbes hostium capere velit, quod heminâ unâ olei istius vas fictile impleat; quod portis urbis injectum frangatur quidem, illico tamen portas comburere & patefacere aditum regi. Hæc si vera sunt ad Christum vermem applicari possunt; cujus sanguis est verum oleum, quod peccata comburit tollitque. Hoc sanguine simulac *inferni porta* tangitur, hoc est, mens pia verâ fide sibi applicat meritum sanguinis, continuò hostis expugnatur. Et Christus quidem, ut vas fictile in passione contractum est: sed tamen portas inimicorum planè destruxit, sibi quæ aditum fecit, Os. 13. v. 14. 1. Cor. 15. v. 54. 55.

4. *Originem.* Vermis ex terra oritur: Christus homo natus est ex nostrâ substantiâ, pulvere & terra, Hebr. 2. v. 16. *Non angelos, sed semen Abrahæ assumpsit.*

5. *Ob piscium capturam:* Vermibus pisces capiuntur. Verme Christo Satan. Leviathan ille infernalis captus: morti mors facta est vita. 1. Cor. 15. v. 56. Zach. 9. v. 11. Imò salutaris nostra esca factus est Christus, in verbo, Matth. 4. v. 4. Esa. 38. v. 16. in sacramentorum mysterio, 1. Cor. 11. v. 26. Gal. 3. v. 27. quam piscatores, verbi ministri spirituales, subministrant.

6. *Reptionem.* Vermis humi repit: Repsit Christus in statu exinanitionis, in pulvere passionis. Psal. 22. vers. 16. Posuisti me in pulvere mortis, quem deglutit Crocodilus Stygius, ut Ichneumona, de quâ naturalium rerum scriptores produnt, quod ille in os dormientis crocodili se ingerat, ventrem exedat. Herodot. lib. 2. pag. 51. Plin. lib. 8. cap. 24. Ælianus lib. 8. cap. 25. D. Francius histor. anim. pag. 287.

7. *Fœtorem.* Fœtet vermis. Fœtuit Christus & doctrinâ & miraculis & operibus & conversatione &

& suis & alienis. Matth. 6, 3. *Nonne hic est faber, filius Mariae? Et scandalizabantur in eo, I. Cor. 1, 22. Iudaei signa & Graeci sapientiam affectant.*

**CHRISTI NOMEN UNGUENTUM effusum.**

469. Cant. 1, 3. *Nomen tuum est unguentum effusum.* Tale nomen Jesu, quod simulac effunditur, veram fidei applicationem, Rom. 5, 38. Eph. 3, 12. Joh. 16, 23. peccati scetorem, Amos. 5, 21. legis rigorem, Galat. 3, 13. Satanæ horrorem, Psal 18, 5. 6. cordis nostri pavorem, 1. Joh. 3, 21. abigit, quia ab omni iniquitate per hoc nomen liberati sumus, Act. 4, 12. *Hoc est unguentum præstantissimum, Cantic. 4, 10.*

2. *Hoc est nomen sanctissimum Jesu, Act. 4, 12.* quo vulnera conscientiae nostrae inunguntur, Luc. 10, 34. Esa. 61, 1. 2. Psal. 146, 8.

3. Unguentum hoc per Spiritum sanctum effunditur, Rom. 5, 5. Act. 2, 17. Tit. 3, 6.

4. Sed non, nisi in corda arida, sicca effunditur, Esa. 57, 15. cap. 61. 1. 2. cap. 66, 1. 2.

**CHRISTUS ALTARE nostrum.**

470. *Altare thymiamatum erat ex lignis Sethim, auroque purissimo compositum, veloque oppositum, quod arcam testimonii tegebat, Exod. 30, 1. 6.* Verum altare nostrum est Christus, Hebr. 13, 10. Ligna Sethim imputribilia sunt, quæ designant *humanitatem*: Aurum *divinitatem*; secundum enim utramque naturam mediator noster est. Hoc altare *velo iræ Dei* opponitur, de quo Thr. 3, 44. Esa. 59, 1. Velum iræ Dei tegit arcam testimonii, legem scilicet: At lex non nocet, cum super altari Christo thymiama spirituale offerimus, Rom. 8, 1. Psal. 32, 5. 1. Joh. 1, 9. fidei scilicet.

S 2 . CHRI-

## CHRISTUS ARBOR, SUB CUJUS

umbraculo omnes latere possunt.

471. Ezech 17. 12. *Jehovah promittit se de supercilio cedri sublimis sumpturum ramum tenerum, eumq; plantaturum esse in monte Israel, qui fructum laturus sit, & nidos volucris omnibus præbiturus*: Tener ille ramus Christus est, qui rex constitutus in monte Sion, Psal. 2. 7. fructum nobis copiosissimum attulit, justitiæ & sanctitatis, 1. Cor. 1, 30. Ille est arbor præbens umbram omnibus, ad eum volantibus, hos protegit, Psalm. 91, 2. 3.

## CHRISTO ATTRIBUITUR

caput aureum. Cant. 5, 11.

472. 1. *Ob divinitatem ejus*, cui aurum comparatur, quò nihil inter metalla excellentius est: Ita Deitate nihil excellentius.

2. *Regiam potestatem*. Hujus enim symbolum est aurum: Christus autem Rex est, Psal. 2. 7. Psal. 110, 2. Ergo ut Regi, aurum à Magis oblatum est, Matth. 2, 11.

3. *Passionis examinationem*: Ut enim aurum igni probatur: Ita Christus igni passionis amorem nobis suum probavit. Totum corpus flagris velut dissectum, caput spinis coronatum, ne quid ad significationem amoris deesse videretur, Rom. 5, 8. Joh. 15, 13.

4. *Perpetuitatem*: Aurum & thesaurus nulli rubigini obnoxius: Ita Christus thesaurus noster nulli rubigini obnoxius. Matth. 6, 20.

5. *Latificationem*. Dicitur aurum lætificare: Ita Christus lætificat solus corda nostra, Psalm. 73, 28. Psalm. 4, 8.

6. *Ulcera sanationem*. Aurum sanat ulcera: Ita Christus conscientia ulcera sanat, Psalm. 6, 3. ægritudines, Psal. 102, 3. emundat conscientiam. Hebr. 9, 14.

CHRI-

## CHRISTUS VIA NOSTRA

Joh. 14, 6.

473. 1. *Ratione apertionis.* Via ad paradifum *clausa* erat, per Adamum primum. Gen. 3, 24. ducens ad arborem vitæ. Hæc via per Christum *reclusa*, Cherubin reconciliati velut, non amplius nos arcens ab aditu cœli, Luc. 2, 10. invitant magis, ut in altera vita de ligno illo vitæ comedamus. Apoc. 2, 7. cap. 22, 14.

2. *Ratione clara patefactionis.* Via enim ad vitam æternam in V. Testamento obscurior erat, nondum adedè clarè patefacta. Heb. 9, 8. Christus eandem perspicuam reddit, prolato Evangelio, Joh. 1, 18. nobis via factus, Joh. 14, 10.

3. *Annunciationis.* Saul ad Samuelem ibat, ut ipsum viam perveniendi ad perditam asinam edoceret, 1. Samuel 9, 6, 8. Ita Christus nobis, viam erroris respicientibus. Esai 53, 7. viam ad cœlum monstravit, factus noster *Raphael*, Tob. 3, 25.

4. *Inventionis.* David invenit in via ruris servum *Amalekita*, virum *Aegyptium*, ægrotum, quem aquâ & pane refecit, non interfecit, 1. Sam. 30, 11. seq. In via nos quoque Christus invenit, servos Satanæ, Heb. 2, 15. ægrotos. Esai. 53, 6. Spoliatos, nudos, operâ infernalium latronum. Luc. 10, 30. Verùm ægritudines nostras sanavit. Esai. 53, 6. donavit libertate. Joh. 8, 36. amixit nos vestibus, Esai. 61, 10. quos ut captivos æternæ morti tradere potuisset.

Corollarium attributorum nominumque

Christi; *Quomodo*

CHRISTUS ECCLESIAE SUÆ

Fundamentum, &amp; cur?

474. Christus fundamentum est, Eph. 2, 20.  
1. Cor. 3, 11.

S 3

1. Ra-

1. *Ratione subsistentia.* Fundamentum per se subsistit: Ita Christus verum fundamentum non indiget publicâ vel sustentaculo: & Ecclesia hinc est stylus & ἰσχυρῶμα veritatis, 1. Tim. 3. v. 15.

2. *Sustentationis.* Christus sustinet Ecclesiam virtute, meriti magnitudine: Imò totum ædificium, compactum ex Judæis & gentibus, Act. 10. v. 35. *Sustentat* ubique, Joh. 4. v. 21, Joh. 14. v. 23. ut ita Ecclesia crescat in templum sanctum, Eph. 2. v. 21. 22. 1. Pet. 2. v. 45. Zach. 3. v. 9.

3. *Nobilitatis.* Fundamentum pas domûs nobilissima: Ita Christus fundamentum nobilissimum est: adi Apostolum. 1. Cor. 3. v. 11.

1. *Pretiosum.* Esa. 28. v. 16, 1. Pet. 2. v. 4. cui fides nostra pretiosa innititur. 1. Pet. 1. v. 7. quæ est aurum illud pretiosum. Psal. 45. v. 10.

2. *Gloriosum,* gloriâ nimirum unionis personalis, quâ fundamentum hoc constat ex duabus naturis, gloriâ nostræ salutis, quæ ex Christo. 1. Tim. 3. v. 16.

3. *Fructuosum.* In hoc qui credit, non peribit. Johan. 3. v. 1.

4. *Vivum.* Joh. 6. v. 47. Joh. 14. v. 19.

Itaque fundamentum hoc est Ecclesiæ, *doctrina, fidei, salutis æternæ,* quod

1. DEUS posuit, Psal. 118. v. 23. à Domino hoc factum. Confer Esa. 14. v. 32.

2. Deus posuit hoc fundamentum *immediatè* apud se, non exclusâ fide ὑπαρκώς consideratâ, Joh. 6. v. 40.

3. Sed per Prophetas & Apostolos revelavit *mediatè.*

4. Posuit ab æterno, Eph. 1. v. 4. *Elegit in Christo ante facta mundi fundamenta,* 2. Thess. 2. v. 13. *ab initio elegit nos Deus.*

ARTI-

## ARTICULUS II.

DE DUABUS NATURIS IN CHRISTO,  
earundemque unione.  
HUMANITAS CHRISTI EST JUMEN-  
tum nostrum, cui impositi  
sumus.

475. *Vulnerati à Satana latrone illo, expoliati agri, projecti*, Luc. 10, 30. 34.

1. Hoc jumentum humanitatem Christi notat, quâ (personaliter) nos, nostramque infirmitatem, morborum spiritualium, farcinam portavit: Esa. 53, vers. 5. Matth. 8. v. 15. 1. Petr. 2. v. 24.

2. Portavit *fatigas & parturientes* oviculas præ dolore & anxietate. Esa. 40. v. 11. cap. 26. v. 17. Joh. 16. v. 21. Iniquitates. Esa. 53. vers. 6. peccatorum nostrorum *spineam coronam* ipse pro nobis portavit caput nostrum, Johan. 19. v. 5.

3. Ille Dominus noster, *verus Aaron*, iniquitates populi sui, in *jumento humanitatis sue* portavit, Ex. 28. v. 38. *Verus ille hircus*, Lev. 16. v. 22. quique adhuc nos portat in hujus *mundi solitudine*. Exod. 15. v. 13. alleg. cap. 19. v. 4. in *utero misericordiae & Ecclesiae*. Esa. 46. v. 3. 4. in *brachiis charitatis paternae*. Osee 11, 3. donec in *æternæ vitæ hospitium* introducatur, ut Luc. d. l. 34.

## CHRISTUS EST SCALA

Jacobi.

476. Gen. 28. v. 12. Joh. 1. v. 51.

1. *Ob compositionem*. Duobus ex lignis scala componitur. Duo illa ligna duas in Christo naturas personaliter unitas significare possunt. Hebr. 2. v. 16.

2. *In terra statione*. d. l. 12. Christus vera cœli scala in terra stetit, *terram assumendo*, Heb. 2, 16. Gen. 3, v. 19. *terrenos erudiendo*, Es. 50. v. 4. in *terra patri cœlesti se*

S 4

offe-



offerendo, Eph. 5, 2. ut cœlum nobis aperiret. Apoc. 1. v. 18. quando in cruce stans pependit.

3. *Cacuminis contactu.* Cacumen ejus cœlum tetigit. Notatur meriti Christi *efficacia*, quæ cœlum tangit, aperit. Joh. 1, 29. cap. 3, 16. 1. Joh. 2, 2. Hoc meritum est ultimum scælæ hujus cœlestis cacumen, ad quam ultimò tendimus, cum cœlum contingimus, Joh. 14, 6.

4. *Angelorum descensione & ascensione.* Sic nato, Luc. 2, 9. passio, Luc. 22, 43. tentato, Matth. 4, 11. resuscitato Christo, Marc. 16, 6. ascendenti, Act. 1, 10. angeli adfuerunt. Mystici quoque angeli in hac scala spiritali Christo modò ascendunt, per sublimen mysteriorum contemplationem, Eph. 5, 32. 1. Cor. 15, 51. modò *descendunt* per humilem elementorum fidei tractationem, 1. Cor. 3, 2. 1. Petr. 1, v. 23. In hac solùm scala ascendunt, descendunt, quia per hanc solum via est, Joh. 14, 6. *Nemo venit ad patrem nisi per me.*

Illà quoque ascensio descensioque angelorum notat, angelos nobis per Christum *placatos*, antèa iratos Genes. 3. vers. ult. Hinc Luc. 2. vers. 13. cantantes è cœlo descendunt. Notat cœli *januam reseatam*, Ecclesiam militantem & triumphantem unam esse & per spiritualem scalam ex illa ad hanc transitum patere, Hebr. 12. vers. 23.

5. *Domini in scalam innixione*, d. 1, v. 13. Innixio illa notat

1. *Christi providentiam* jugem & indefessam, vel Dei Patris curam habentis eorum, qui per hanc scalam ascendunt, Joh. 10, v. 11. & 28.

2. *Christi auctoritatem* à patre confirmatam. Matth. 3, qui de hac scala clamavit: *Hic est filius meus dilectus*, hunc audite.

3. *Patrem neminem accedere posse*, nisi per hanc scalam accedat Rom. 3, 24. seqq.

6. *Penes Jacobum stetit scala, quia ex genere Jacobi ortum habiturus erat Christus. Rom. 9. v. 5.*

## CHRISTI PERSONA IN RUBO

ardente præfigurata.

477. *Moses rubum ardentem vidit, in quo Dominus apparuit, Israëlitas ex Ægypto liberaturus, Exod. 3. 2.*

1. Ignis ille Christi divinitatem notare potest: quæ per se est ignis consumens. Deut. 4. v. 24. cap. 22. v. 22.

2. Rubus humanitatem, quæ licet radiis divinitatis Christicoruscaverit; Tamen absumpta non fuit. Ex. 3. vers. 2. Colofs. 2. vers. 9. in ipso habitat *omnis plenitudo DEITATIS.*

*Calceos exuere jussus est Moses d. l. v. 5. Cæcæ rationis exuendi calcei sunt, quoties personæ Christi sublimitatem contemplaris, quia magnum mysterium, 1. Tim. 3. v. 16.*

*Faciem occultabat Moses d. l. v. 6. Oculi carnales non ferunt splendorem tanti mysterii, 1. Tim. 3. vers. 16. Illuminati oculi. Eph. 1. 18. à Domino petendi, Psal. 119. vers. 18. Aperi mihi oculos, ut videam mirabilia legis tuæ. In hoc humanitatis rubo aperuit Dominus, ex infernali nos liberaturus Ægypto, Oseæ. 13. vers. 14.*

## JUD. 6. v. 37. TYPUS DUARUM

naturarum.

478. 1. *Vellus.* Humanam naturam significare potest, quod in terra explicuit Gideon, quia de terra sumpsit naturam nostram filius DEI, Hebr. 2. vers. 16. quæ vellus & quidem cum lana, hoc est, innocentiam, quæ nos, ut agnus Dei vestit. Johan. 1. vers. 29. Hoc innocentissimæ humanitatis vellus significatum est per vestes illas, quibus protoplasti ab ipso Deo induti. Gen. 3. vers. 21.

2. *Ros autem notat DEITATEM*, qua vellus na-

S 5

turæ

turæ nostræ in sanctissima virgine, implevit, ut ex ipsius plenitudine omnes acciperemus gratiam pro gratia, Johan. 1. v. 16. quia in ipso omnis plenitudo inhabitavit. Col. 1. v. 9.

3. In solo hoc humanitatis vellere ros DEITATIS fuit, nos Deo gratos reddentis: Solus enim hic HOMO in gratia fuit. Roman. 5. vers. 15. Nudus & solus Deus ignis est consumens: sed quia Deus homo factus est, salutaris nobis ros fuit. Cum siccitas esset super totam terram, hoc est, omnes homines, 2. Reg. 17. v. 12. seqq.

3. Ex hoc salutari rore aqua baptismatis collecta, sicut Gideon vasculum aquæ roris implevit, d. l. v. 38.

4. In liberationis certissimam significationem hoc signum admirandum interpretatus est Gideon: Ita natiuitatis Christi miraculosissimæ signum illud, Esa. 7. v. 14. Jer. 31. v. 15. docet, liberatorem nostrum jam venisse. Luc. 1.

#### DUÆ NATURÆ CHRISTI IN arcâ fœderis adumbratæ.

479. Ex auro & lignis Sethim arca constata erat, Exod. 25. v. 10. II. seq. Aurum divinitatem notat ob incorruptionis rationem. Ligna Sethim humanitatem, ob imputribilitatis comparationem. Psal. 16. v. 10. Non fines sanctum tuum videre corruptionem.

#### HUMANITAS.

480. Christi est illa cerva matutina, qua manè fugatur, fugata in passione manè, calumniis, alapis. Pf. 22, 1.

1. Canes fuerunt Judæi, Psal. 22. v. 17. Canes circumdederunt me.

2. Venator Diabolus. Psal. 91. v. 3.

3. Retia, calumniæ, falsæ accusationes, de quibus passim in historia passionis.

4. Sylva

4. *Sylva* Jerusale[m], pratorium, conciliabulum Phariseorum,

5. *Venabulum*, hasta militum, latus vulnerans Domini in cruce, Joh. 19. v. 34.

6. *Locus* macerationis, mons Calvariae.

Hanc cervam, Diabolus hoc pacto, ut Saul Davidem, 1. Sam. 24. v. 12. fugavit. Hæc cerva præ summa fiti exclamavit: *Sitio*. Joh. 19. v. 28.

7. Hæc tamèn omnia *transiit cerva* nostra matutina, matutino resurgendo tempore: Transiit spinosum & lutosum *sepulchrum*, & ad pascua spiritualia discipulis paranda properavit; Matth. 28. v. 10. Annunciate fratribus meis. Transiit cerva nostra lutosum mundi *montem*, in cælum ascendit.

### HUMANITAS CHRISTI.

481. Psal. 19. v. 5. *Soli posuit tabernaculum*. *Sol est* DEITAS fulgens radiis majestatis. Tabernaculum humanitatem Christi notare potest

1. *Ob occultationem*. In tabernaculo enim humanitatis sol DEITAS tectus latuit, Joh. 1. v. 14. Phil. 2. v. 6.

2. *Ob æstus declinationem*. In tabernaculo æstum solis declinamus; In Christo æstum legis, crucis, 1. Pet. 4. vers. 16. Esa. 4. vers. 6. Syrach. 34. vers. 19. declinamus rectissimè. Absq; hoc tabernaculo DEITATIS fulgor intolerabilis est, solis illius lux inaccessibilis, Deut. 4. v. 24.

3. *Ob requiem*. In tabernaculo lassæ cursu requiescimus: Ita in Christo vera quies, pax animæ, Matth. 11. v. 29. Rom. 5. v. 1.

Hæc est verum *tabernaculum*, nunquam loco movendum, quia ipsum est petra immobilis, Esa. 33. v. 20. all. quia quod de membris verum est, & de Ecclesia; de capite Ecclesiæ Christo, (qui & est tabernaculum

culum verum) verissimum est. Obrui nobis videatur licet sacrum hoc *tabernaculum*, pluviâ, imbribus tentationum, crucis: tamen in altera vita pleâ, planè nobis revirescet, Prov. 14, 11. cum apparebit, quid simus, 1. Joh. 3, 2.

### HUMANITAS CHRISTI EST

lucerna.

482. *Quam accendit mater familias, drachmam quæsit.* Luc. 15, 8. Deus pater ille generis humani drachmam perditam quæsit. S. sanctus *lucernam humanitatis* virtute suâ in Maria accendit. Hæc lucerna illuminavit sedentes in loco tenebricoso, & valle mortis, Luc. 1, 79. omnem hominem venientem in hunc mundum, Joh. 1, 9.

### PECCATA NOSTRA HUMA-

nitate Christi exuruntur.

483. *Angelus Gideoni apparens, virgâ tetigit petram, ex qua ignis exiit, devorans carnes,* Judic. 6, 21. Christi humanitas est vera illa petra, ex qua ignis exiit, devorans abolensque peccata nostra, 1. Cor. 15, 56. 57. nos Deo placans, 2. Cor. 5, 21. legem nobis implens. Rom. 8, 3. Hanc humanitatis petram in Christo (Totius enim personæ passio est) tetigit Dominus baculo cruentæ passionis, & quidem aculeo, aculeum mortis immittendo, ut eum nobis frangeret, 1. Cor. 15, 57. Diabolo extorqueret, 2. Tim. 1, 10.

### HUMANITAS CHRISTI EST

velum nostrum, Hebr. 10, 20.

484. 1. *Ratione operationis & occultationis.* Velum operiebat arcana sanctuarii: & tamen illuc aditum referabat: Ita humanitas Christi tetigit majestatem DEITATIS, ne aspectu ejus glorioso absterreamur, cujus rei imago. Exod. 34, 35. 2. Cor. 2, 13.

2. Di-

2. *Discriminationis.* Exod. 26, 33. Distinguebat velum sanctum à sancto sanctorum. Ita humanitate Christi (in persona τῆ λóγῃ) à sancto sanctorum, Deo ipso discriminamur, cum in Christi vulneribus abscondimur.

3. *Mystica significationis.* E quatuor columnis pendebat velum, Exod. 26, 32. Quatuor hæ columnæ quatuor Evangelistas significare possunt. Matth. 27, 51. Velum scissum est in significationem

1. *Cruentæ passionis,* quam Deus in carne sustinuit.

2. *Peccatorum deletionis.* Peccata Dei faciem nobis obvelant. Hoc velum Christus patiendo sustulit.

3. *Via apertionis,* ut passo immolatoque pro nobis Christo rectà sanctuarium cœli ingrediamur. Hebr. 10, 19.

Vide infra Artic. de passione in hanc rem plura.

HUMANITAS CHRISTI PER  
tabernaculum Mosaicum adumbratum,  
eidemque conferri potest.

485. 1. *Ob presentia Dei testificationem.* In tabernaculo Moïsi Deus præsens, in hoc testimonio edebat: Ita Deus in Christo fuit, 2. Cor. 5. v. penult. de Christo testimonium perhibuit, *immediatè* Matth. 3. in baptismo, & Matth. 17. in glorificatione, *mediatè*, per Johannem, Joh. 1, 8.

2. *Populi conventiculumerat in tabernaculo,* Deum culturi: In solo Christo Dei verus cultus est. Joh. 14, 6. Pater enim adorandus est in spiritu & veritate. At absq; Christo Deus non est pater gratiosus, absque Christo non est spiritus, scilicet, ut nos spiritualiter regat. Absque Christo nulla est veritas, à quo solo gratia & veritas, Joh. 1, 17. In Christi nomine certa est promissio & exauditio. Joh. 16, 23. 2. Cor. 1, 20.

3. *In*

3. *In medio* erat tabernaculum: In medio nostrum Christus est presentia sua, Matth. 18, 20. c. 28, 20. In medio inimicorum regnum ejus est, Psal. 110, 5.

Fundamentum collationis est, Hebr. 9, 11. Verè humanitas Christi est *tabernaculum sine manibus factum*, quia Sp. S. virtute erectum, Luc. 1, 35. *majus*, ob ipsam *corporis*, Col. 2, 17. exhibitionem, *perfectius* ob plenariam exhibitionem, Hebr. 9, 8. 9. cap. 10, 14.

### HUMANITAS CHRISTI EST

*templum Dei.*

486. Joh. 2, 19. Solvite templum hoc, corporis sc. & humanitatis, quod in morte solutum est. In hoc templo inhabitabat *TOTA PLENITUDO DEITATIS CORPORALITER*, Coloss. 2, 9.

In altera vita hoc templum lætis oculis contemplantur, ubi ipse agnus erit templum, Apoc. 21, 22. Et nos, ut vera templa, inhabitantis illius templi luce coruscabimus plenissimè.

### ARTICULUS III. DE ADVENTU, INCARNATIONE Christi, ejusque effectis variis, IN GENERE.

#### CHRISTUS CERTO TEMPORE

*venit.*

487. Joh. 5, 4. *Angelus certo tempore aquam movebat*, quæ salutaris facta est: Ita Christus in plenitudine temporis descendit de cælo, Gal. 4, 4. salutare baptismatis aquas reddidit, Eph. 5, 26. Hic est angelus verus, quo cum Jacob luctatus est, Os. 12, 4. eruens eundem, Gen. 49, 16. (nos quæ invocatus Psal. 5, 15. Job. 5, 19. 2. Pet. 2, 9.)

CHRI-

## CHRISTUS VENIT IN PLENITUDINE

temporis.

488. *Agnus vespere offerebatur*, Exod. 12. vers. 6. Christus *agnus* ille Dei, Joh. 1. v. 29. *occisus* ab origine mundi, vespere oblatuſ est, hoc est, ultimo tempore, Hebr. 1. v. 2. in temporis plenitudine, Gal. 4. v. 4. Hic est verum illud sacrificium vespertinum, Esræ 9. vers. 4. qui in arâ crucis preces suas obtulit, ut incensum vespertinum, Psal. 141. v. 2. Hebr. 5. v. 7.

## SALUTIS NOSTRÆ CAUSA

solitaria DEUS.

489. *Nemo terræ potuit lapidem angularem subſternere*, Job. 38. v. 6. Nemo salutis nostræ fundamentum ponere potuit, Psal. 49. vers. 8. & 9. 1. Sam. 2. v. 25. nisi solus Deus, misſo lapide angulari Christo Psal. 118, 22, Eph. 2. v. 20. Esai. 28. v. 16.

## CHRISTUS VENIT, UT NOS

quæreret.

490. *Erravit Joseph, in agro fratres querens*. Gen. 37. vers. 15. 16. ut percunctatum veniret statum fratrum suorum : Sic Christus à patre cœlesti misſus venit, ut quæreret nos, tanquam oves, drachmas perditas, filios perditos, Luc. 15. vers. 4. seq. Naëmi Ruthæ requiem quærere promisit Ruth. 3. v. 1. Veram pacem, Rom. 5. v. 1. abundantiam Joh. 10. v. 10. solatium Joh. 10. v. 33. Christus suæ Ecclesiæ donat. Quæramus ergo nos. Psalm. 9. v. 11. ita cor nostrum latabitur, Psal. 105. v. 3. dum inveniri potest. Esa. 55. v. 6.

## ADVENTUS CHRISTI

inopinatus.

491. *Subitò cecidit Babylon*. Jer. 51. v. 8. Ita judicium extremum, quo mundi Babylon corruet, subitò veniet. Judicium principis mundi venit, qui est Babylon, per Christi incarnationem. Captivi enim tenebamur,



banur in illa Babylone, Es. 49. v. 24. c. 42. v. 7. Verùm cecidit, cecidit! gratia Deo, qui nobis victoriam dedit, 1. Cor. 15. v. 56.

**CHRISTUS IN PROPRIA VENIENS,**  
à propriis non est receptus. Joh. 1. v. 11.

492. *Moses, filius Hebrae mulieris, à filia Pharaonis adoptatus est,* Exod. 2. 10. Sic Christus in Ecclesia quidem Judaica natus, à gentilitate tamen acceptatus est, ut animæ sponsus in misericordia se desponsans. Osee. 2. v. 19. & spiritualis maritus, 2. Cor. 11. v. 2.

**CHRISTUS IN PATRIA NON**  
acceptus.

493. *Sicut Joseph in patria non acceptus, in Ægypto regis honoribus affectus fuit,* Gen. 41. 40. seq. Ita Christus suis fordebat in patriâ, Marc. 6. 34. seq. In gentilitatis Ægypto Rex honoratus est, Psal. 18. v. 44. 45.

**MARIÆ HUMILITAS.**

494. *Illà Abigaëlis optimè congruit,* 1. Sam. 25. 41. Ecce famula tua sit in ancillam, ut lavet pedes, &c. Sic Maria: *Ancilla Domini ego sum, fiat mihi secundum verbum tuum* Luc. 1. v. 38.

**CHRISTI INCARNATIO.**

495. *Vent Dominus ad Moysen in caligine nubis.* Exod. 19. v. 16. seq. Deut. 5. 22. Caro Christi ejusmodi nubes erat, quâ gloria divina tegebatur, & velut in tabernaculo habitabat, Joh. 1. v. 14. cujus radios nunquam manifestans, *gloriam manifestasse* dicitur Johan. 2. 11. ut unigeniti, Joh. 1. 14. Illa itaque humanitatis nubes tempore humiliationis caligabat, quæ in statu exaltationis plenè coruscabat.

**INCARNATIO CHRISTI.**

496. *In collum filii perditum cecidit pater,* Luc. 15. 20. eum amplexatus. Idem fecit Deus pater misis filio, qui

qui in nostrum *collum* vel *carnem* cecidit, nos *plexus osculo incarnationis & mysticæ desponsationis* *Oscæ 2. v. 19. fraternæ reconciliationis*; sicut olim *Joseph* in *collum Benjamin* incidit. *Gen. 45, 14.* Illud *incarnationis osculum* est *instar turris*, ad quam *confugere* possumus, *instar turris Davidis*, *Cant. 4. v. 4.*

## HUMANITAS CHRISTI.

497. *Judeorum genti struxerat insidias Haman: Ex eâdem gente rechnerum dissipandarum modum sumpsit Jehova, conjugium Esteræ cum Ahas vero promovendo Ester. 2. v. 15.* Ita

1. *Infernalis Haman* humano generi struxerat *insidias*, in *mortem præceps* egerat, *Sap. 2. v. 24.* Huic malo *Deus medicinam* reperit; *filio suo humanitatem veram* *unione personali* conjungendo, ut *salus amissa* restitueretur, *fraudentia Satanæ* profigaretur; *1. Tim. 2. v. 5. Unus mediator Dei*, *Hebr. 2. v. 16.*

2. *Haman* in *ligno malum parans Mardocheo*, sibi *inscio* paravit: Ita in *cruce Domino malum parans* *Satanas* sibi paravit, nam in *cruce devictus* est, *chirographo*, quod *adversus nos ostentabat*, *affixô cruci*, *Col. 2. v. 14.* *1. Cor. 15. v. 55.* *2. Tim. 1. v. 10.*

## CHRISTUS EST SEMEN.

498. 1. *Respectu seminationis.* Semen enim *seminatur*: Ita *Christus* in *agrum uteri virginei* *seminatus*, *virtute Spiritus sancti ineffabilis.* *Luc. 1. vers. 35.* *refloruit planta & sirculus* ex *radice Jesse*, *Es. 11. v. 1.* *Act. 13, 23.*

2. *Frustrificationis.* Et *velut semen non, nisi terræ gremio commissum*, *fructum fert*: Ita *Christus fructum nobis justitiæ attulit*, quando *sepultus*, *resurrexit*, *Rom. 4. v. ult.* *Joh. 12, 24.* *terræ maledictæ* *Gen. 3. v. 17.* *commissus*, ut *nostri maledictionem* in ea *deso-deret*, *benedictionem* reportaret. *Gal. 3. v. 14. 16.*

T

3. Ari-

3. *Aristarum generationis.* Ex bono semine bonæ fiunt aristæ: Ita ex Christo, tanquam bono & benedicto. Hic enim est, qui maledictum pro nobis factus est, Galat. 3. v. 13. ut ex illo nati, Joh. 1. v. 13. veram benedictionem consequeremur, Gen. 22. v. 18.

3. *Humoris terræ attractionis.* Semen enim terræ humorem, zizaniis materiam præbiturum, ad se attrahit: Ita nos sumus humor velut terræ maledictæ, qui cum à Christo non *attrahimur*, Rom. 11. v. 17. in *lolum degeneramus* & pessimos fructus *ferimus*. Christus autem nos ad se trahit, verbum offerens: Hinc David Ps. 19, 11. *Quam dulcia eloquia!* & Petrus Joh. 6. v. 68. *Quo ibimus? Verba vitæ æternæ habes.*

4. *Mundationis.* Semen agrum mundat, cum, subtracto humore, segetem producit: Ita Christus mundat cordis nostri agrum à *lolo* peccati, idq; suo ipsius sanguine, Act. 20. v. 28. fide, Act. 15. v. 11.

5. *Multiplicationis.* Semen multiplicatur: Ita pii, semen Christi, fructibus justitiæ multiplicantur, Ph. 1, 11.

### CHRISTUS INFIRMITATES

nostras suscepit.

499. *Caro pro costa Adami posita est, ex qua condita Eva, viventium mater,* Genes. 2, 21. Ita Ecclesia ex costa Adami secundæ edificata est, Eph. 5. v. 31. 32. quia carnem nostram, hoc est, infirmitates carnis cum ipsa carne, Ef. 53. v. 5. tulit, Phil. 2. v. 7. Rom. 8. v. 3.

### INCARNATIONIS CHRISTI

tempus.

500. *Mediâ nocte Dominus Egyptum ingressus est ad liberandum Israel:* Exod. 12, v. 29. Sic Christus liberaturus nos è manu inimicorum, Luc. 1, 74. mediâ nocte venit, mysteriis fidei maximam partem ignorantiam velut tectis, ob *Pharisaorum fermentum*, & *nebulis*

typo-

typorum involutis. Corpus ergo ipsum advenit, Coloss. 2. v. 17. cum solido rerum significatarum corpore: Umbrae fugerunt, Hebr. 10. v. 1. adventante justitiae sole, Mal. 4. v. 2.

INCARNATIONEM CHRISTI SOLLITUDINE expectarunt Patres.

501. Tob. 10. v. 8. *Mater sollicitè reditum filii expectabat.* Jacob faciem Josephi *videre gestiebat*, Gen. 45. v. 28. Filius verus Christus, verus *scipio* noster, (sic filius Tobiae vocabatur, Tob. 5. v. 25.) Verus *Joseph*, Christus anxie desideratus, toties exoptatus, Esa. 64. v. 1. *Vtinam disrumperes caelos!*

CHRISTUS PROPTER HOMINES incarnatus.

502. Sol 10. *lineis descendit, aegrotante Hiskia.* Esa. 38. v. 8. Ita toto genere humano laborante, Esa. 53. v. 6. 7. Ezech. 16. v. 4. seq. Apoc. 3. v. 18. Sol justitiae Christus descendit, & velut per incarnationis mysterium in nostri intellectus tenebricoso *sciaterio* retrogressus est. Retrogressus est in divinae majestatis splendore fulgido, quando eundem occultavit sub nubilo humilitatis, in nube humanitatis, Phil. 2. v. 7. 8.

INCARNATIONIS EFFECTUS benedictus.

503. *Luclans cum Christo Jacob, eum tenere nequirit, ascendente aurora.* Gen. 32. v. 24. quia scilicet V. Testamenti propria *Nox* erat, quam Christus latere, non de die patere voluit. Saepius Patres efflagitarunt Christi adventum, Psal. 66. v. 8. *Benedicat!* Esa. 64. v. 1. *Disrumpe caelos! verum* adventante plenitudine temporis, Gal. 4. v. 4. ipse Christus *festitit* in utero virginis sanctissimae, Psal. 40. v. 8. *Ecce venio; & femina virum circumdedi*, Jer. 31. v. 22. ut ille benedictionem nobis impertiret, Gal. 4. v. 5.

VARII FRUCTUS INCARNATIONIS.

504. *Simoni sacerdoti variu attribuantur effectus*, Syr. 50. Progressus enim extra velum. v. 6. &c. Simon verus Christus est,

1. *Nomine*, quod auditorem notat: Ita Christus & preces nostras audit, & à patre audiri facit. Rom. 8, 34. Psal. 10, 17. & à patre auditus est, Hebr. 5, 7. & ipse patrem audit clamantem: Abi, mi fili, libera; ille respondit Psal. 40, 8. **ECCE VENIO.**

2. *Ordine*: Simon sacerdos summus fuit: Ita Christus, secundum ordinem Melchisedeck, Psalm, 110. Heb. 4. summus, caput, primitiæ, 1. Cor. 15.

3. *Extra velum processione*. *Velum* erat cælum è quo processit, quando descendit, Joh. 3, 13. incarnatus. *Velum* erat majestas illa DEITATIS, ad quam nemo penetrare potest, 1. Tim. 6, 16.

4. *Comparatione*, 1. *Effectuum*: Simon in vita sua domum Domini suffulcit, corroboravit v. 1. Syrach. d. 1. Christus non in vita tantum, sed & in morte, domum Domini, hoc est, nos. Hebr. 3, 6. suffulcit, Simon altitudinem templi ædificavit. Christus verum templum ædificavit, fundavit, ipsius fundamentum. 1. Corinth. 3, 11. Ephes. 2, 20. *altitudinem dilectionis divina* monstravit, Joh. 3, 16. Rom. 5, 8. Ephes. 3, 18. *puteos aquarum viventium, ut Simon* v. 3. d. 1. remanere fecit, Joh. 4, 14. cap. 7, 38.

2. *Similium*. v. 6. 7. 8. 9. 10. v. 11. Christus enim verè *stella matutina*, 2. Pet. 1, 19. *stella Jacob*. Num. 24, 17. *luna plena*, quia Ecclesiam lumine complevit, quæ erat dimidiæ instar lunæ sub V. T. est. nunc *plena luna est*, utriusque Testamenti lucens lumine; verè *Sol* justitiæ, Malach. 4, 2. *arcus* refulgens inter nebulas iræ DEI, ne diluvium inferni extimescamus, ut arcus ille.

Gen.

Gen. 9. 14. seq. verè *rosarum*, ætium crucis mitigans, I. Cor. 10. 13. plenè mitigaturus, Rom. 8. 18. 2. Cor. 4. 17. verè *lilium* Vid. sup. *ihus*. Eph. 5. 2. patri oblatum, minis non terrens, sed blandiens, Matth. 17. 4. *olive* misericordiæ oleum destillans, Luc. 10. 34.

### INCARNATIO CHRISTI

amorem ostendit.

505. Judic. 14. 3. *Simson circumcisorum Philistinorum de gente uxorem duxit*: Magnum hoc amoris in illam argumentum fuit: Multò majus Christi amoris exemplum: Nos incircumcisi corde Act. 7. 51. Jer. 9. 26. Non tamen respuit nos, carnem nostram & os assumens, Eph. 5. 30.

Idem *servitio Jacobi illustrari potest*, Gen. 29. 15. Christus quoque nostri causâ servus factus, Esai 43. 24. ut nos ex domo Labanis infernalis in libertatem assereret Joh. 8. vers. 36. *veram*, meram filiorum Dei, Rom. 8. 21.

### INCARNATIONE CHRISTO

propinqui facti.

506. *Arcâ V.T. Jordanem transeunte, Israëlita appropinquare non audebant*. Vid. Jos. 3. 4. At Arca N. Testam. *Jordanem* transitura divini Judicii per incarnationem, ad nos appropinquavit, carnem nostram assumpsit. Hanc arcam, qui tangit, non moritur, ut Ula, sed vivificatur, 2. Sam. 6. 6.

### ARTICULUS IV.

### DE NATIVITATE CHRISTI, EJUS

fructu, & ætate puerili,

IN SPECIE.

### CHRISTI NATIVITAS EST DESCENSUS

de Cælo, Joh. 3. 13.

507. I. Apoc. 10. 1. *Johannes vidit alium angelum*

T 3

for-

*fortem, cælo descendentem, nube amictum, iridem in capite gestantem, facie instar solis lucentem.* Angelus ille alius Christus est; alius nempe ob incarnationem, in V. Test. *ἀγγελος* fuit, ob patefactionis rationem, quia non sub umbris, sed corpore ipso se sistit. Angelus autem est, Gen. 4.8, 16. Num. 20, 16. Esa. 63, 9. Of. 12, 4.

2. *Fortis*, Esa. 9, 6. cap. 49, 26. Apoc. 18, 8.

3. *Nube amictus*, non Mosaicâ, Deut. 4, 11. sed omnia, Matth. 17, 5. peccata nostra tegente, Psal. 32, 1. Rom. 4. v. ult.

4. *Iridem in capite gestat*, in reconciliationis indicium, Esa. 43, 9. pacis, Esa. 9, 6. Eph. 2, 14. Luc. 2, 10.

5. *Facies ejus instar solis*, verè enim sol justitiæ, Mal. 4, 2. Psal. 48, 12. Matth. 17, 2.

6. *Hic angelus cælo descendit*, per incarnationem scilicet, Joh. 3, 13. Hunc videmus cum Johanne, verâ scilicet fide, Joh. 1, 29. Abrahamo, Joh. 8, 56. 1. Pet. 1, 8.

### CHRISTUS NATUS INTER HOMINES

conversatus:

308. 2. Sam. 7, 2. *Arca sub pellibus habitabat.* Vera arca fœderis perpetui est Christus, qui habitavit sub pellibus humanitatis suæ, interq; nos tentorium fixit, Joh. 1, 14. Habitavit in nobis, vel *tabernaculum fixit*. Ea enim emphasis est in voce *σκηνώσων*.

### PER NATIVITATEM CHRISTUS

velut habitum mutavit.

309. 1. Reg. 22, 30. *Reges pugnaturi habitum mutabant.* Christus Rex noster pro nobis pugnaturus, 2. Tim. 1, 10. nosque liberaturus è potestate inimicorum, Luc. 1, 74. Sionem captam, Esa. 1, 27. prædam extorturus Diabolo, Luc. 11, 22. habitum gratiosum DEITATIS cum vili incarnationis habitu commutavit, vermis factus, Phil. 2, 5, seq.

CHRI-

## CHRISTO NATO PECCATA

imposuit Pater.

510. Exod. 4. v. 6. *Moses manum educens, leprâ eam infectam vidit.*

1. *Dei manus & brachium* Christus est, per quem & in quo Pater operatur & consilium suum exequitur. Ef. 53. v. 11.

2. Misit Gal. 4. v. 4. hanc manum Pater è sinu suo Johan. 1. v. 18. per temporalem *incarnationem*, & leprâ infecit eandem per nostrorum criminum *imputationem*.

2. Cor. 5. v. 21. Verè enim lepra est peccatum, ut suprâ alleg. 258.

## CHRISTI NATIVITAS EST PLUVIA.

511. *Descendet, sicut pluvia in vellus.* Psal. 72. v. 6.

1. Descendens ille Christus est, de folio majestatis suæ se demittens. Joh. 3. v. 13. exinaniens se, formam servi accipiendo, Phil. 2. v. 6.

2. Sicut pluvia descendit: *expectata* illa scilicet & toties desiderata à patribus. Psal. 14. 7. Gen. 4. 1. Ef. 64. 1.

3. Pluvia illa imbre gratiæ suæ, Philanthropiæ, Tit. 3. v. 4. inexhaustæ gratiæ Titum 2. v. 11. Charitatis suæ absolutissimæ, Joh. 3. v. 16. cap. 15. v. 13.

4. Flumine S. sancti corda *inebrians*, Tit. 3. vers. 6. effundendo, promissum patris donando. Act. 1. vers. 8. cap. 2. v. 33. Luc. 24. v. 49.

5. In siccum animæ nostræ vellus *descendens*. Anima enim nostra sine Christo sicca est, omnis solatii expers, Nos ergò ut solaretur, descendit Christus salutaris pluvia, siccitatem spiritualem tollens, justitiâ suâ nos exsaturando, Matth. 5. v. 3. & 6. lætitiâ spirituali nos perfundendo, Luc. 2. v. 10. in certissimum liberationis signum, ut Gideon factum, Jud. 6. v. 37.

## CHRISTI NATIVITAS TEGMEN

divinæ majestatis.

T 4

512. Gen.



512. Gen. 27. 16. *Haec dicitur pellibus manus suas Jacob texit, benedictionem & jus primogeniturae impetraturus.*

1. Christus verus Jacob, hoc est, Esau infernalis supplantator, non sibi, sed nobis, benedictionem impetraturus, Galat. 3. vers. 13. ut semen illud benedictum Gen. 12. v. 3. & jus primogeniturae, ut fieremus sacerdotes & reges, Apoc. 1. v. 5. Deo. 2. *Hæc dicitur pellibus se obtexit, hoc est, semen Abraham assumit, humanam naturam vestitam pellibus hædinis; quæ partim peccata imputata, 2. Cor. 5. v. 21. partim infirmitates & gestus humanos significare possunt, Rom. 8. v. 3. Phil. 2. v. 7.*

### CHRISTUS HOMO DIABOLUM

vicit nativitate.

513. *Aaronis virga in colubrum versa devoravit colubros Aegyptios. Exod. 7. v. 12. Humanitas Christi velut virga fuit, quæ in colubrum versa est.*

1. Per miseram *nativitatem*, Luc. 2. v. 7. 8.

2. *Humilem conversationem*, Phil. 2. v. 5. 6. 7. Es. 53. vers. 6. 7.

3. *Maledictionis nostræ imputationem*, Gal. 3. v. 13.

2. Cor. 5. v. 21. Es. 53. v. 4. 5. seq.

4. *Extremam in cruce detestationem*, quando infans serpentis Christus eversus est. Joh. 3. v. 14. Hic coluber, veteris colubri caput contrivit, Genes. 3. vers. 16. planè devoravit, 1. Cor. 15. v. 54. expoliavit, Col. 2. v. 14. Horum actuum felicissimorum felicissimum fuit nativitatis initium, Luc. 2. vers. 10. nam sine his gaudium esse non potuit, propter hos in lucem edi nasci voluit; ut rex noster regia hæc potentia suæ specimina ederet. Joh. 18. v. 37.

### PER CHRISTI NATIVITATEM

virga Jesse re floruit.

514. Num. 17. v. 8. *Radix Aaronis viruit, qua arefacta*

*facta antea erat. Virga Jesse planè videbatur arefacta esse, sed per Christi nativitatem restituit, revivuit, & dulcissimum vitæ fructum Jesum Christum tulit: verè enim is arbor vitæ est, Joh. 14. v. 5.*

## CHRISTUS NATUS JUSTITIAM

attulit nobis.

515. *Es. 11. v. 1. Justitia Sionis prorumpet ut jubar, & Salus ejus exarsit, sicut lampas.*

1. *Sionis justitia est Christus, Jerem. 23. v. 6. 1. Cor. 1. v. 30. 2. Cor. 5. v. 21. Es. 61. v. 10. Dan. 9. v. 24.*

2. *Prorupit, natus, & cœlos dirupit ex voto Ecclesiæ ingemiscens, Es. 64. v. 1. de cœlo, Joh. 3. vers. 13, descendit.*

3. *Ut jubar: Haec enim nox & umbræ Vet. Testam. fuerant, quibus justitia velut involuta fuit, Hebr. 10. v. 1. Col. 2. v. 17. At nato Christo, ut jubare cœlesti, umbræ diffugerunt, tanquam ipso sole tenebras fugante Malach. 4. 2. Cedunt enim tenebræ oriente sole.*

2. *Salus etiam nostra exarsit sicut lampas. Salus in Christo nostra est, Act. 4. vers. 12. quæ exarsit nato Christo, hæc enim sub fumo ceremoniarum Leviticarum occultata fuerat. At nato Christo, ut lampas exarsit, quando angelicæ cohortes eam in polo ostenderunt cantantes; *Annunciamus vobis gaudium*, Luc. 2. v. 10. *In solo*, pastores, Bethlehem abeuntes, inque rempræsentem venientes, Luc. 2. v. 20. Simeon & Anna, & Joseph & Maria, paucique alii verâ fide salutem hanc excipientes.*

## CHRISTI NATIVITATE

servati sumus.

516. *Noa arcam ingrediens, genus humanum servavit, 1. Petr. 3. v. 20.*

T 5

Ve-

1. Verus Noa Christus est, verè consolans nos in terra mundi hujus maledicta, alleg. Genes. 5. v. 29.

2. Qui *arcam humanitatis* suæ per incarnationem ingressus, omnes nativitate suâ ab aquis diluvii infernalis (*acquisitivè*) liberavit. Luc. 2. v. 10. *Gaudium futurum omni populo.*

### CHRISTI NATIVITATEM PATRES

summò desiderio expectarunt.

517. *Post mortem Absolonis duces accesserunt Davidem, eumque hortati sunt, ut cum servis propriis loqueretur,* 2. Sam. 19. v. 7.

1. Filius rebellis *Absolon* est *typus Adami* rebellis, qui per peccatum occisus est: cujus cladem ipse ægerimè tulit, qui morte peccatoris non delectatur. Exod. 18. v. 23. & cap. 33. v. 11.

2. Eundem precibus assiduis fatigârunt omnium temporum pii, ut verum gaudium generi humano restitueret: & nobiscum per incarnatum Verbum loqueretur, Es. 64. v. 1. Quod tandem exhibitò Christo factum, pater locutus, Hebr. 1. v. 2. Joh. 15. v. 15. Act. 1. v. 3. gaudium restitutum. Luc. 2. v. 10.

### CHRISTI NATIVITATE VIVIFICATI

sumus. 2. Reg. 4. v. 22.

518. *Giezi mortuum Sunamitidis filium præcedens Elisam, baculò faciei imposito, in vitam revocare non potuit. Hocnunciavit Domino suo Giezi, &c.* Vivi nativitatis Christi & novi Testamenti gratiæ imago.

1. *Giezi typus legis.* Nomen ipsius notat contemptorem vallis. *Moses* cum lege non cælum, sed vallem *mortis* contemplatur: nemo enim ex lege justificatur. Gal. 3. v. 21. vallem timoris & tenebrarum: Lex enim iram operatur, Rom. 4. v. 15.

2. *Servus Elise Giezi.* Moses cum lege servit Christo,

sto, hominibus legis implenda impossibilitatem ostendens, Rom. 8, 3.

3. *Præcessit Giezi*: Præcessit lex. Gratia N. Test. clarior subsecuta est, & illustrior, Joh. 1, 16.

4. *Mortuus ille puer* generis humani imago, quod Moles vivificare non potuit, Gessit enim tantum ministerium mortis, 2. Cor. 3, 4.

5. *Baculus lex est*, quo aut ad obedientiam, aut quo ad pœnam sustinendam compellimur, Esa. 9, 4.

6. *In faciem legis ponitur ille baculus*, cum faciebus nostris incutit pudorem lex, erubescere facit, Rom. 3, 23.

7. *Elsa ergo verus Christus venit*, gratiæ suæ calore nos in peccatis mortuos, Eph. 2, 5. vivificavit, os suum in nostrum posuit, osculô pacis Evangelicæ nos complectendo, Cant. 1, 1. oculos suos nostris oculis, spirituales per Evangelii lucem faciendo, Eph. 1, 18. manus suas nostris imponendo, & nos benignè amplectendo, sicque totos excitando, per nativitatem vivificantem.

### CHRISTI NATIVITAS GRATIOSA

pluvia.

519. Psal. 68, 10. *Gratiosa illa pluvia est Christi nativitas*, quam patres toties exoptârunt, Gen. 49, Esa. 64, v. 1. velut terra sicca, Psal. 143, 6. Hæc est gratiosa pluvia, quia ex Christi plenitudine gratiam accepimus, Joh. 1 v. 16 quæ est sicut pluvia vespertina, Proverb. 16, v. 15. sicut ros, cap. 19. v. 12. æterna, Esa. 54. v. 8. certa & Davidi promissa, Act. 13. v. 34. & in qua fit desponsatio, Ose. 2. v. 19. 2. Cor. 11. v. 2. Hanc gratiam in nos per verbi pluviam depluit, Esa. 55. v. 10.

CHRISTO NATO VERITAS ET MISERICORDIA sibi obviaverunt.

520. Psal. 85. v. 11. *Veritas est in promissionum completionibus*.

*pletionem.* Promiserat enim Deus semen mulieris, semen benedictum, Gen. 12, 3. Stellam ex Jacob, Num. 24, 17. Prophetam magnum, Deut. 18, 15. Josiam verum, Hebr. 6, 9. Simfonem verum, Judic. 15, 3. radicem Jessam, Esa. 11, 1. Hæ promissiones in incarnatione completa.

2. Completa quoque misericordia est, Luc. 1, 78. Ergo veritas & misericordia sibi verè obviaverunt. Titum 2, 11.

**CHRISTUS NATIVITATE SUA NATURAM**  
humanam restauravit, multa bona contulit.

521. *Tabernaculum Davidis, quod cecidit, Christus restauravit.* Amos 9, 11. Act. 15, 16. Hoc tabernaculum erat humananatura, quæ ceciderat per peccatum: Christus autem erexit illam, tabernaculum inter nos figens, Joh. 1, 14. & nobis in cælo tabernaculum paravit, non manibus factum. 2. Cor. 5, 1. sed quod ipse nobis paravit, sicut & locum, Joh. 14, 2. 3. cap. 20, 17. quando naturam nostram ad dexteram majestatis suæ evexit, Eph. 2, vers. 6. in thronum suum collocavit, Apoc. 3, 21.

**NATIVITATIS CHRISTI**  
beneficium.

522. Deut. 4, 9. *Beneficium divine revelationis, Israëlitis facta, evolvitur, multò majus est incarnationis beneficium.* Diei illius memoriam, quâ Dominum in Horeb descendentem viderant, filiis reficere jubentur Israëlita, v. 10. Quantò magis sacram habere decet memoriam ejus diei, quâ Christus Evangelium promulgaturus descendit, & captivis prædicavit, Esa. 61, 1. cum hominibus habitavit, 2. Chron. 6. confer amplificans & Daniel. 2, 11.

A N.

*ANGELUS GABRIEL INDICANS*

nativitatem Christi Deiparæ.

523. *Esa. 8, 3. Propheta ad Prophetissam ivit, qua peperit filium, cui nomen: Accelera ad spoliandum & festina ad prædandum. Allegoricè angelus est Prophetia Gabriel ratione annunciationis, qui accessit ad Prophetissam Mariam, verè afflatam spiritu Prophetico, 2. Pet. 1, 21. & confer cant. Luc. 1. Hæc peperit filium in plenitudine temporis. Gal. 4, 4. qui acceleravit ad spoliandum Satanam. Coloss. 2. v. 15. Luc. 11. vers. 31. & ad prædam eidem extorquendam. Esa. 49, 24. cap. 42, 7. 1. Cor. 15, 55.*

*ANGELVS AD MARIAM MISSVS, NATIVITATEM CHRISTI ANNUNCIAT.*

524. 1. *Abraham servum in Mesopotamiam misit, ad quærendam uxorem, Gen. 24, 4. Deus Pater Angelum misit, qui filio Dei sponsam quæreret, imò matrem Mariam.*

2. *Rebecca est typus Mariæ.*

1. *Nomine.* Rebecca significat patientem. Maria crucis patientissima; unde sub ipsâ stetit cruce, mortis tenebras ingrediente luce, Joh. 19, 25.

2. *Rebecca significat multum expectatam: Ita Maria, quæ Domini & Messie mater, multum exoptata fuit.*

3. *Gratisicandi promptitudine.* Gen. 24, 58. Ita Maria: *Ancilla Domini ego sum, fiat mihi secundum verbum tuum.*

4. *Simsonis nativitatem.* Angelus prædixit parentibus Jud. 13, 7. *Christus est verus Simson, hoc est, vir solis, imò ipse sol est, Malach. 4, 2. Verus Nasir & nuncupatus Domino, ut Simson, d. l. v. 5. Hujus nativitatem Angelus quoque terribilis indicavit mulieri.*

*MARIA COMPARATVR CVM HANNA.*

525. 1. *Sam. 1, 5. 1. Nominis significacione.* Hanna gra-

gratiosam significat, Maria quoque gratiosa est, Luc.1. v.28.

2. *Sorte.* Hanna contemnebatur, d.l. v.5.6. tristitia afficiebatur: Ita Maria, Luc.2. v.35. *Eli Hannam ebriam esse existimabat:* Ita Mariam gravidam Josephus deferere volebat, Matth.1.v.19.

3. *Filii impetratione.* Samuelem magnum Prophetam impetravit Hanna. Maria maximum Prophetam, Deut.18.v.15. Joh.6.v.14. Matth.13.v.57.

4. *Gratiarum actione.* Confer canticum Hannæ & Mariæ: Congruentia patebit.

### DE JOHANNE BAPTISTA,

Johannes Baptista verus angelus,

Malach.3.v.1.

526. 1. *Ob nominis convenientiam.* Angelus nuncius notat. Johannes verus nuncius Christi, ejusque adventus, Matth.3.v.11. nuncius regni Dei, nuncius de tenebris relinquendis, 1. Joh.1.v.5. 2. Cor.5.v.20.

2. *Rei convenientiam.*

1. *Ortu.* Angeli à coelis mittuntur: Ita coelitus excitatus Johannes, Luc.20.v.4.

2. *Servitute.* Serviunt nobis Angeli: Ita & Johannes ministerio suo genti Judæorum servit, & Domino viam præparare voluit, Matth.11.v.10. Johan.1.

3. *Gaudio.* Angeli gaudent conversione. Johannes conversione Judæorum, Matth.3.v.6.

4. *Virtutum exemplò,* quæ maximè lucent in Angelis: Eadem in Johanne castitatis, sanctitatis, continentia.

5. *Ductu.* Angeli deducunt nos in via: sic Johannes viam monstravit ad coelum, ostendendo, Joh.1.v.29. veram viam, Joh.14.v.6.

### JOHANNES EST VERUS ELIAS.

527. Vide infra cap. de Ecclesia.

*Johannis Baptista typus Angelus ille* Apoc. 10. v. 1. 2.

1. *Fortitudine & robore.* Robur eximium virtutis in Johanne fuit. *Magnus erit.* Luc. 1. v. 15.

2. *Ortu caelesti.* Johannes divinitus excitatus, Luc. 20. vers. 4.

3. *Nubis amictu.* Nube sacrâ gratiâ Jesu Christi amictus Johannes, gratiam & poenitentiam prædicavit: *Agite poenitentiam, & credite Evangelio.* Matth. 3. v. 2.

4. *Habitu.* Iridem in capite habuit Angelus Apocalyp. Iridem reconciliationis Christum in capite & ore habuit Johannes. Joh. 1. v. 29. *hic est Agnus DEI.*

5. *Faciei splendore.* Resplenduit facies Johannis, doctrina ejus splenduit in totâ Judæa, Matth. 3. v. 5.

6. *Pedum ardore.* Ardor pedum, pœnarum significationem notare potest. Germina vipcrarum, Matth. 3. v. 7.

7. *Libro.* Librum vitæ Johannes semper gessit, Christum librum Evangelii semper auditoribus proposuit, Matth. 11. v. 3. auditores suos ad Christum misit.

8. *Pedis in mari positu.* In mare posuit pedem, quando Herodis impii Tyranni, qui mare Es. 57. v. 20. taxavit illicitos amores Matth. 14. v. 4. Marc. 6. v. 18.

9. *Rugitu,* hic significat concionem poenitentia. Matth. 3. v. 2.

### MARIA VISITATUM VENIENS

Elisabetham.

523. *Arca DEI simulac domum ingressa Obed-Edom, multiplici eam benedictione cumulavit,* 2. Samuel. 6. v. 11. Arca DEI vera Christus est, (vide supra: Christus est arca) qui simulac ingressus est domum Zachariæ, eam benedictione complevit, cum salutatum mater venisset, Luc. 1. v. 40. 41. Benedictio ea non unius est generis.

1. *Miraculose embryonis saltationis in utero.* Exiit *infans præ gaudio* in utero meo, d. l. v. 41.

2. *S. fan-*



2. *S. sancti in Elisabetha excitationis*, d. l. v. 41. & benedictionis, v. 42. *Benedicta tu inter mulieres.*

3. *Salutaris confessionis*. d. l. v. 43. *Mater Domini mei venit ad me*, Rom. 10. v. 10. *Corde creditur ad justitiam; Ore fit confessio ad fidem.*

4. *Exoptata conversationis*. d. l. v. 56. Per tres ferme menses Maria cum Elisabetha conversata. Hæc conversatio benedicta maximè; benedicto semine sub virgineo pectore portato. Benedictionem domui Potipharis Joseph attulit. Gen. 39. vers. 5. Jacobus Labani, Gen. 30. 30. Muleò magis Christus, domui Zachariæ.

### CHRISTI NATIVITAS

admirabilis.

529. Psal. 22. v. 10. *Pater filium ex utero traxit*: quo mirabilis quidem partus indigitatur.

530. Psal. 19. v. 5. *In sole tabernaculum posuit. Tabernaculum hoc est humana natura*, quam Deus in sole, hoc est, hominum conspectu posuit, quando infans sponsi filius Dei ex thalamo incorruptæ virginis processit.

531. Prov. 30. vers. 19. *Viam aquila in cælo nemo novit.* Aquila vera Christus est (vide suprâ) qui, quo pacto per nativitatem ad humanæ conditionis vilitatem se demiserit, cælo descenderit, Joh. 3. v. 13. nemo satis intelligit. 1. Tim. 3. v. 16.

532. *Porta clausa* Ezech. 44. v. 2. *aperta est: Dominus Deus Israel verè transit per illam, nemo post illum.* Porta clausa virgineus uterus est.

533. Daniel. 2. v. 45. *Christus est ille lapis absq; hominum manibus de monte abscissus, per incarnationem omnia comminaturus, per gloriosam judicii apparitionem.* Luc. 20. v. 18.

### CHRISTUS BETHLEHEMI NATUS.

534. Hab. 4. 3. *Dominus de austro venit Bethlehem*  
ad

ad *Austrum suum* oppidum veteres Doctores intellexerunt: Ex eò locò Dominus venit, Michæ. 5. v. 2. Joh. 7. v. 42. Eo in loco cælum plenum fuit laudibus Angelicis & terra plena gloriâ Domini, cantantibus Angelorum cohortibus; *Gloria in excelsis Deo*, Luc. 2, 14.

*Sub porta Bethlehemitica fons aquæ vivæ fuit*; 2. Samuel. 23, 15. Per Christi nativitatem fons ille omnibus patet, Luc. 2. v. 10. Philistæi infernales omnes abacti.

## CHRISTO NATO, MAGI VENERUNT.

535. Genes. 26. vers. 26. *Abimelech, Abusach & Picol venerunt ad Isaac, pacis impetranda gratiâ*. Ita ad Christum venerunt Magi adorantes eum, ut pacis autorem, Es. 9. v. 6. & munera offerentes.

536. *Salomonem ad imperium evectum, multi reges gratulaturi accesserunt*: 1. Reg. 10. v. 24. Ita Christum, recensatum Regem.

537. *Magi 24. senioribus Apoc. 4, 10. adumbrati, qui prociderunt coram sedente in throno: Christum puerum in throno regio sedere, fassi sunt Magi, aurum offerentes, ut regi. Usq; ad eorû fuit perspicax fides!*

538. Ezech. 46. v. 1. *Porta illa templi ampla aperta est. Hodie in Magis hoc completum: vas illud lineum Act. 10. v. 11. cælò demissum, lapis ille & Magnes verè gentilitatis ferrum attrahens.*

539. *Babyloniorum Rex legatos misit ad Ezechiam, gratulatorios restituta valetudini, quod signum solis retrogressi in Babylonia vidissent. 2. Par. 32. v. 31. Ita Magi, quod stellam in oriente vidissent, ad verum Ezechiam Christum venerunt, gratulaturi valetudini generis humani, per Christum restituendæ. Hoc indicant munera, aurum, thus, myrrha.*

## PHARISÆI BENE MAGIS, SIBI

male consulebant.

540. *Achitophel aliis benè, sibi malè consuluit: Ita*

U

scribæ

scribæ Hierosolymitani bene consulebant Magis ,  
Bethlehem ire suadentes , sibi pessimè : ut *fabri arce*  
Noachi, non ingressi eam.

## MAGORUM CONSTANTIA

laudabilis.

541. *Tres Heroes laudibus celebrantur , quod media*  
*hostium agmina perruperint , & aquam vivam è Beth-*  
*lehem attulerint . 2. Sam. 23. v. 16. Laude quoque dignis-*  
*simi sunt Magi, quod popularium idololatrarum, quod*  
*Judæorum , quod Herodis aulam perruperint , aquam*  
*vivam è Bethlehem scaturientem , per nativitatem , at-*  
*tulerint, verâ fide vasculis lagenisque cordium suorum*  
*incluserint.*

MAGI CÆCITATEM VINCUNT  
gentilem.

542. *Isaac cacutiens serè, tamen Jacobum agnovit,*  
*Gen. 27. v. 1. Ita Magi plenè nondum illuminati, Chri-*  
*stum tamen verum Jacobum agnoverunt, dicentes:*  
*Ubi natus Rex Judæorum? Matth. 2. v. 2.*

MAGI PROCIDENTES CORAM  
Christo.

543. *Gen. 24. v. 64. Rebecca camelò descendit viso*  
*Isaaco: Ita Magi coram vero Isaaco procidunt.*

## DE HERODIS INFANTICIDIO.

Herodis imago est in Dracone illo Apoc. 12. v. 4. 5.

544. *Draco stetit ante mulierem, ut devoraret filium,*  
*quem pepererat.*

1. *Draco ille figura est Herodis , cujus ingenium ap-*  
*primè cum Draconis convenit. Conf. Diabolus est*  
*Draco, & applica ad Herodem.*

2. *Stetit Draco. Non dormiit Herodes : stetit & ad*  
*maçtandum industrius, operæ nullæ, insidiis pepercit*  
*nullis.*

3. *Mulier Mariam allegoricè notat, ex quâ Chri-*  
*stus natus. Galat. 4. v. 4.*

4. *De-*

4. *Devorare voluit Draco.* Herodes non adorare voluit, sed devorare.

5. *Flumen ex ore emisit Draco.* d. l. v. 15. Hoc est cruentum infanticidii flumen, quò Ecclesiam germinantem non obruit, sed irrigavit.

## CHRISTUS FUGIENS IN

## Ægyptum.

545. *Hædum in lacte matris suæ non coques,* Ex. 23. 19.

1. Hædus ille Christi typus est, factus pro nobis hædus, vid. supra. all. 512. verè sanguinem emittens multò præstantiorem hædinò, Hebr. 9. v. 12. c. 10. v. 6.

2. *In lacte materno non coquendus erat.* A matris adhuc pendens uberibus non erat occidendus; Ideò fugit in Ægyptum Dominus noster.

546. *Elias Iesabelem fugit,* 1. Reg. 19. v. 1. seq. Herodes erat instar Iesabelis, non nisi sanguine innocentissimorum placandus infantium.

547. *Jonas Athaliae manibus elapsus est,* 2. Reg. 11. mirà regnandi libidine ardentis. Non aliter puer Jesus Immanuel noster.

548. *Moses infans truculentiam Pharaonis,* Exod. 2. mirandum in modum elapsus est. Pharaon verus Herodes fuit.

549. *Jotham Abimelechum fugit,* Jud. 9. v. 21. Ita Christus Herodem, qui in Ægyptum fugit cum parentibus.

550. *Esa. 19. v. 19. Altare Domini erat in medio Ægypti:* verum altare Christus est, Hebr. 13. v. 10.

551. *Arcâ in Bethlehem ingressâ,* David multas victimas Deo immolavit, 2. Sam. 6. 17. Ita Christo Bethlehem nato, innocentes pueruli mactantur, ut victima.

Pertinet huc titulus, Psal. 22. v. 1. De cerva matutina. Verè enim cervæ similis fuit Christus, Herodi venatori & Satanæ multum petita.

## DE CIRCUMCISIONE.

Christus circumciscus.

551. *Ut David se amentem finxit coram rege Gath.* 1.Sam.21.13. Ita Christus ut peccatorem se circumcidi passus est. Os scilicet ossibus nostris habens, Sponsus ille sanguinum in sanguine nobis se despondens, quia in iustitia, Ose.2, 19. Hæc autem sine sanguine contingere non poterat, Hebr.9,22.

## CHRISTUS CIRCUMCISUS

pro nobis.

552. *Jos.5, 2. Populum Israëliticum cultris lapideis circumcidit, & opprobrium Egypti ab ipsis avertit:* Magnum hoc erat Josuæ in patriam gentem beneficium; Longè majus est Christi; qui, ut circumcideret nos, ipse primò se circumcidi passus est, circumcisionem hoc ipso abrogavit, Galat.5, 23. & opprobrium 1.Sam.17, 36. circumcisionis à nobis avertit, ut jam in Christo non valeat præputium aut circumcisio, Gal.5. v.6. c.6. v.15. Circumcidit etiam nos non circumcisione manu factâ, sed spirituali, auferendo cor lapideum, dando carneum, Ezech.11,19. c.36.v.26. circumcisione Spiritûs, Rom.2,29. Col.2,11. *Auferamus ergo præputium cordis nostri, crucifigendo veterem Adamum, & justitiæ litando, ne illud Ezechielis in nos quadret, Ezech.16,30. Auferamus præputium cordis nostri, Jerem.4, 4.*

553. *Agnum anniculum, absque macula, Deus offerri jussit, in memoriam liberationis ex Ægypto: Agnus verus Christus est, Joh.1,29. sine macula peccati, Hebr.7,26. Hunc Deus obtulit, imò semetipsum obtulit, Psal.40, 9. in certissimum nostræ liberationis ex inferno signum, Zachar.9,11.*

*Pontifex summus lamina aurea fronti affixa, habebat in sculptum: SANCTUM Domini, Exod.28,36.*

Chri-

Christus verus Pontifex, non laminæ, sed suæ ipsius carni insculpsit, per circumcisionem SANCTUM DOMINI. Se enim circumcidi passus est; ut sanctitatem nobis communicaret, nos placaret, ut Aaron d. l. v. 38.

Noa arcæ egrediens post diluuium, victimas Deo obtulit: Gen. 8, 20. Christus ex arca corporis virginæ egressus suum ipsius in circumcissione obtulit sanguinē.

Christus est agnus lactens oblati; ut Sam. 7, 9.

Lactens enim adhuc, sanguinis innocentissimi sacrificium Deo obtulit Patri, in circumcissione Christus: Veru ille Samuel est, qui interpellat pro Israël, merito sanguinis effusi, 1. Sam. 12, 19.

In holocaustum oblati est agniculus ille. Christus in circumcissione amoris holocaustum fuit; Totus enim arsit amore nostræ beatitudinis, cujus impulsu se circumcidi passus est; ideoque

### CHRISTI CIRCUMCISI

imago Sichem.

554. Gen. 34, v. 3. Conglutinata est anima Sichem cum anima Dina, nec distulit circumcisionem: amabat enim puellam valdè. Viva imago est Salvatoris.

1. Anima ipsius cum nostra conglutinata, per intererati amoris gluten & vinculum, Eph. 5, 25. Apoc. 1, 5. amavit & lavit nos suo sanguine, Conf. Os. 2, 19.

2. Non distulit circumcisionem: statim enim octavo die circumcisi est, Luc. 2, 21. idque in amoris significationem verissimi, quam per sanguinis proprii effusionem dedit, Act. 20, 28.

3. Quamvis Christus inclutus in domo patris sui esset, supra omnes Angelos (ut Sichem quoque inclutus dicitur, d. l.) descendit tamen infra omnes angelos, Psal. 8, 6. se circumcidi passus est. Lucem inhabitabat inaccessam, 1. Tim. 6, 16. accessit autem ad homines,

U 3

ut

ut hominibus ad Deum esset accessus, Hebr. 4. v. 6. qui non patuisset, nisi cordis præputium nostri per circum-  
cisionem Christi ablatum fuisset.

### DE SANCTO NOMINE JESU.

De nomine JESU, quàm eximium, quàm solatii plenum.

555. Syr. 49. v. 1. *Nomen Josie est instar nobilissimi thymiamatis ex Apotheca, v. 2. est dulce mel, sicut musca in convivio vini.* Melius hæc de cœlesti dixerimus Josia nostro, Christo scilicet, qui verus *Josias* vel salus Domini, extra quem nulla salus. Hujus nomen est

1. *Instar nobilissimi thymiamatis.* Nobile est nomen Jesu thymiana, h. e. eximium & pretiosissimum, quod præstat *thymiamati Levitico*, quod ex nobilissima *myrrha* compositum legitur, Exod. 30. v. 23. Nomen Jesu habet *myrrham*, (myrrha autem est putredinis alexipharmacum) quæ putredinem peccati arcet, à morte liberat, quæ peccati stipendium, Rom. 6. v. 23. A peccato a. liberat hoc nomen Jesu; ergò etiam à morte, quæ putredinem & vermes infert: Esa. 66. v. 24. 1. Cor. 15. v. 50. Hoc est *nobilissimum thymiana* & fructus solis justitiæ Christi nobilissimus, in *terra Josephi nostri cœlestis* Christi, allegoricè ex Deut. 33. v. 13. 14.

Hoc nomen est *instar horti pulcherrimi*; cujus fructus nobilissimi, Cant. 4. v. 13. non *hortus* ille Adami primi, funestus peccato, penâ, terrore conscientiæ trepidantis; sed *hortus ille* Adami secundi, amcenissimus merito satisfactorio, penâ perfolutâ, conscientia tranquillâ pacem in Deo habente, Rom. 5. v. 1. in hoc *horto arbor vite* ipse Christus; in quo rami capitales quatuor; ex 1. Cor. 1. v. 30.

1. *Sapientia*: In verbo nobis factus est, Ps. 19. v. 8. 9.
2. *Justitia* in merito, Rom. 4. v. ult.
3. *Sanctificatio* in Baptismo, Eph. 5. v. 26.

4. *Re-*

4. *Redemptio*. Plena & totalis in altero seculo.

1. Cor. 15. v. penult. seq.

*Ex Apotheca cæli* hoc nomen est. Ex cælo datum est, Act. 4. v. 12. à Deo ipso præparatum, Eph. 1. v. 4.

*Est sicut mel in ore*. Summa enim nominis Jesu est dulcedo, quia *liberat* à fructibus amaris peccati, Deut. 32. v. 32. Summa est dulcedo, quia *liberat* ab omni peccato, Matth. 11. v. 28. Act. 4. v. 12. *Musica est* in convivio vini, longè præstantior illâ Davidis, 1. Sam. 16. v. 23. *In convivio vini*, cum *lex vino iræ Dei nos inebriat*, Deut. 27. v. 26. ut lucem veram apprehendere non valeamus, tum Jesu nomen nobis Musicam præstat, cujus hic concentus: *Crede, remissa sunt tibi peccata*. Matth. 9. vers. 2.

### NOMEN JESU EST VERUM

thymiama: Ex. 30. v. 25.

556. Compositum est ex *aromate* consolationis, *balsamo* corroborationis, *thure* fragrantissimæ oblationis.

1. Nomen enim *plenum solatii* contra mortem, à quâ liberat, contra peccatum, quod non librat, sed projicit, Mich. 7. v. 19. Contra cordis tumultum, quem sedat, 1. Joh. 3. v. 20. hoc est aroma consolationis.

2. *Plenum roboris*. *Salvatorem* indicat hoc nomen, imbecilles ergò salvabit, 2. Cor. 12. v. 9. *Gratia mea in infirmitate perficitur*. Si sentis deliquium, adhibe hoc balsamum.

3. *Plenum thuris* fragrantissimi. In odorem bonæ fragrantie se obtulit Eph. 5. v. 2. preces suas, ut verum thus, obtulit, nostras preces instar thuris acceptissimi valere facit. Joh. 16. v. 23, 24.

### DE CHRISTI IN TEMPLO HIEROSOLYMITANO oblatione.

557. 1. Sam. 1. v. 24. *Hanna filium Samuelem obtulit, addit à solenni victimâ*. Maria vera est Hanna, vid.

U 4

supr.



supr. quæ obtulit verum *Samuelem* Christum à DEO  
petitum & exauditum. Victimam addit quoque in lege  
præceptam *par turturum*, qui significant

1. *Mentis & corporis castitatem*, Deo debitam,  
ne peccatis nos inquinemus, sed emendemus, 2. *Ti-*  
*moth. 2. v. 7.* Castitatis turtures peramantes sunt.

2. *Utramq; charitatem; tam Dei, quam proximi:*  
Non enim unus turtur, sed duo oblati.

3. *Pœnitentia gemitum & dolorem*, qualis in turtu-  
re esse dicitur. Talis in anima quoque esse debet, amis-  
sò per peccatum sponsò spirituali animæ, *Ose. 2. v. 19.*  
Talis turtur gemens David, *Pf. 31. v. 11.*

4. *Cordis simplicitatem*, quæ & in turturibus & in  
columbis est. Conferri possunt ea, quæ columbinam  
naturam latius explicant.

### CHRISTUS VERA ARCA IN

templo oblatus.

558. *Arca aliquandiu sub pellibus & tentoriis fuit,*  
*postea in templum Salomonis delata* 1. *Reg. 8. v. 1.* Ita  
Christus vera arca aliquandiu delituit sub tentorio ma-  
tris, patris, ceter; tandem in templo oblatus fuit, verà  
illa fœderis arcã.

### CHRISTUS OBLATUS IN TEMPLO, UT panis propositionum, Deo irato.

559. Abigail irato Davidi commeatum panemque  
obtulit, 1. *Sam. 25. 24. seq.* Irato patri Deo Christus ob-  
latus est, panis ille vitæ, quo placatus pater, quando  
filius pro nostra immunditie se purificari passus est.

### CHRISTUS PANIS PROPOSITIONUM.

560. Oblatus est, ut verus ille panis propositionum.

1. *In mensa Levitica propositus*, Leviticæ purgationi  
se subjiciens, ut panes propositionis in mensa expone-  
bantur, *Lev. 24. v. 6.*

2. *Thure sanctissimarum precum conspersus:* Ita Le-  
viticus

viticus panis thure conspergebatur, Lev. 24. v. 7. Preces has (quis dubitârît?) parentes Christi fuderunt, pii omnes redemptionem Israel expectantes, Luc. 2. vers. 38. 39.

3. *Panis ille memoriam DOMINO refricans.* Tales erant panes propositionis Leviticæ. Multò magis noster panis oblati in templo, Christus Jesus, memoriam misericordiæ patriæ, ut verus mediator, patri refrexit, I. Cor. I. v. 30.

4. *Ad ignem offerebatur panis ille Leviticus Domino:* Ita panis noster Christus oblati fuit in ignem charitatis & nostri purgationis. Charitatem ostendit, ad nos veniendo; nostri purgationem effecit, se legi purificationis, pro nobis impuris, submittendo.

## SIMEON DE CHRISTO PROPHEANS.

Luc. 2. v. 34.

561. *Serpens aneus in signum erectus erat, quem qui aspiciebant, sanabantur; Qui non, peribant in morsibus ictuum serpentinorum,* Num. 21. v. 8. Talis serpens erigendus Christus à Simeone esse prædicitur, quia positus esset

1. *In ruinam multorum.* Nemo autem cadit, nisi per contumacem incredulitatem, Rom. 12. v. 11. seq.

2. *In resurrectionem multorum,* nemo resurgit, nisi per fidem, extra quam omnes sumus in peccatis mortui, Ephes. 2. v. 5.

## CHRISTUS SIGNUM SALUTARE.

562. Sap. 16. v. 6. *Habebant signum salutare Israëlita.* Signum salutare verum Christus est, in quo omne salus, Actor. 4. v. 12. Sanabantur Israëlita aspicientes hoc signum: Sanamur & nos, quoties signum istud salutare fidei oculis intuemur. In hoc enim positus est Christus, Joh. 6. v. 46. I. Petr. I. v. 8.

U 5

SI.

## SIMEON MORITURUS.

563. Gen. 46. v. 30. *Nunc moriar, quia vidi faciem tuam: Ira de celesti Josepho, Christo Jesu, quem amicum putabat: attamen expectabat: Nunc moriar, quia faciem tuam vidi in corpore, quam antè vidi in fidei reflexione (de qua Apostolus, 2. Cor. 3. v. 18.) aiebat Simeon.*

## CHRISTUS DOCENS IN TEMPLO.

564. 2. Chron. 34. v. 3. *Josias regni sui anno duodecimo mundare cepit ab idololatria Judam.*

1. Noster Jesus Christus est verus *Josias*, in quo solo omnis in solo, polo, salus. Act. 4. v. 12.

2. Hic *duodecimo* ætatis anno Judam mundare voluit, h. e. Synagogam Judaicam, quando se docentibus in templo adfociavit, Luc. 2. vers. 46. ut magnum illum Prophetam, Deut. 18. v. 15. & filiorum Levi purgato-rem, Malach. 3. v. 3.

## CHRISTUS IN MEDIO DOCTORUM.

565. *Candelabrum aureum septem lampadibus instructum in templo ardebat, Exod. 25. v. 31.*

1. Aurò fidei purissimo fulgens à fermento Phariseorum alienissimus.

2. Fulgens in templo corporis sui miraculis & re-  
sposis, Luc. 2. v. 47.

3. In medio Doctorum: Omnium enim Doctor doctorum. Ipse est scientiæ nostræ Theologicæ alpha, lamed, & omega, 1. Cor. 3. v. 11. Joh. 17. v. 3.

4. *Septem lampades* denotant donorum Spiritus sancti perfectitudinem, multitudinem, Psal. 45, 8. Ef. 6, 1, 1.

## CHRISTUS IN MEDIO DOCTORUM.

566. *Tabernaculum in medio castrorum Israeliticorum situm erat, Num. 2. vers. 2. Verum tabernaculum Christus est, etiam secundum humanam naturam: in quo sol Deitatis fulget. Col. 2. v. 9. Ille nos regit in taberna-*

bernaculo suo, Pſal.27.v.5. In tabernaculo *Dominus loquebatur*, Num.1.v.1. Ita nobis in Christo, Heb.1.v.2. Joh.15.v.15. Act.1.v.3. In tabernaculo *ab æstu servamur*: Ita Christus in cruce nos servat, 1. Cor.10.v.13. Syr.34.v.19. Eſa.4.v.6. Hic est *veri tabernaculi curator*, consummator, Hebr.8.v.2.5. Hoc tabernaculum in medio *Doctorem erigitur*, cum *Christus in medio Doctorem* sedens conspicitur.

## CHRISTUS AMISSUS.

567. Tob.10.v.4. *Flebat mater Tobia irremediabilibus lachrymis atque dicebat: Heu heu fili mi! ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spes posteritatis nostræ.*

Omnia hæc apprimè ad Christi amissionem congruunt.

1. *Mater Maria est, quæ sine dubio in lachrymas prorupit, Christò amissò, irremediabile.*

2. *Filius verus juxta humanitatem Christus fuit, ad peregrinandum fuit missus, cum in templo, inter peregrinos Phariseos, quibus Christi doctrina peregrina videbatur, amissus.*

3. *Christus est verum lumen oculorum, Pſal.13.v.4. Eph.1.v.18. & vera lux, Joh.1.v.9.*

4. *Gaudium unicum, Pſal.4.v.8. Pſal.73.v.26. Ef.9.v.3. Philipp.4.v.4.*

5. *Senectutis nostræ baculus, Pſal.71.v.18. Eſa.46.3.4.*

6. *Solatium vitæ, Pſal.65.v.5. Pſal.73. vers.1. & 26. Pſal.109.v.21. Pſal.119.v.50. Eſa.38.v.17.*

7. *Sedula erat Tobia mater in præstolando filium d.l.v.8. circumibat vias, si fortè remeantem videret. Par fuit Mariae Christi revivendi desiderium.*

## SIMEON PROPHETANS.

Luc.2.v.29.

568. 2.Par.5,2.13. *Arca cum templo inferretur, Salomon Seniores Israel congregavit, & concentus Musicos fieri iussit: Christus vera arca fuit, templo illatus est, senior Simeon adfuit, concentus suavissimus auditus fuit.*

1. De liberationis *opportunitate*: Nunc.
2. *Jerâ libertate*: Dimittis vel resolvis.
3. *Plenariâ servitute*: Servum tuum; Ex parte enim tantam servimus in hac vita: Deo plenè servituri in altera vita, Rom.7,15.16.
4. *Liberationis qualitate*: in pace.
5. *Bonorum horum omnium Ethilogiâ, quia oculi mei viderunt salutare*. Hic fuit concentus Musicus Simeonis.

#### SIMEON VATICINANS.

569. *Joas ad tempus occultatus, tandem in templo Rex declaratur à Jojada, 2.Reg.11,12.*

1. Christus est verus Joas, quæ vox significat ignem Domini: In Christo latet ignis divinæ dilectionis, Joh.3,16. Sanctæ purificationis, Mal.3,3. Spiritûs S. effusionis, Matth.3,11.
2. Occultatus fuit Christus ad tempus ad duodecimum scilicet ætatis annum: Sicut & Joas Rex.
3. Joas corona fuit imposita: Ita & Christo à Simeone corona imposita fuit, quando eum salutare Domini nuncupavit, lumen gentium, decus Judæorum.
4. Testimonium accepit Joas, eidemque prospera quæq; precabatur populus: d.1. Ita & Christus testimonium Messiæ publicû à Simeone in templo accepit.

#### PUER JESUS CRESCEBAT.

570. *Nebucadnez, ar lapidem de monte abscissum vidit, sine manibus hominum, statuam conterentem, posteaque mundum implentem, Dan.2,34-35.* (42.

1. Lapis ille Christus, Ps.118,22. Es.28,16. Matth.21,
2. Pri-

2. Primò quidem sine manibus hominum abscisus est de monte Ecclesiæ Judaicæ, (cujus membrum Maria) quando ex miraculosa Spiritus sancti obumbratione, Luc. 1, 35. natus est.

3. Postea magis magisque crevit, totam Judæam, templum, mundum implevit, verbi prædicatione & nominis sui laude, Matth. 28, 18. Psal. 113, 3. Pf. 8, 1.

Similis *typus* in Samuele est, 1. Sam. 2, 21.

### GLORIA TEMPLI SECUNDI

*longè excellentior gloria templi primi.*

571. Hagg. 2, 10. Tale erat Domini promissum: *Magna erit gloria domus istius novissima, plusquam prima, dicit Dominus exercituum, & in isto loco dabo pacem.* Complementum vivum est in oblatione Christi.

1. *Templi major glorificatio.* Gloria templi primi tribus potissimum partibus constabat,

1. Arcâ fœderis,

2. Duobus Cherubinis.

3. Propitiatorio. Ista verò domui novissimæ gloria minùs defuit. *Arca fœderis* Maria erat, offerens fœderis autorem unicum & summum. Hanc fœderis arcam obumbrarunt *duo Cherubini*, fidei & confessionis velut alis, *Simeon* à dextris, *Hanna* à sinistris, facies eorum in fœderis principem illum intentæ. *Propitiatorium* verum Christus est, Rom. 3, 5. vera propitiatio pro peccatis nostris, 1. Joh. 2, 2. cap. 4, 10. Hoc se stetit die suo purificationis, ut nobis appareret dies veræ propitiationis, Lev. 23, 28. Jer. 31, 34.

2. *Pacis donatio.* Pacem quoque dedit in illo loco, vel templo, mittendo eum, qui est *IPSA PAX* Mich. 5, 5. Eph. 2, 14. Rex pacis, Hebr. 7, 2. cujus beneficio *pacem* habemus apud Deum, Rom. 5, 1. Eph. 2, v. 15. qui pedes nostros direxit in viam *pacis*, Luc. 1, v. 79. *pacem in cælo fecit*, Luc. 10, 38. quæ *pax* in

COR-

cordibus nostris exultat, Col. 3. v. 15. in qua dimitti petiit Simeon.

### GAUDIUM SIMEONIS QUALE.

572. *Noa vehementer gavifus est, visâ columbâ, ramum olivæ in ore portante; qui pacis symbolum aquarumque deficientium fuit, Gen. 8, II.* Simeon quoque liberationem Israelis magno desiderio expectaverat, ut Noa sui liberationem, in arca: Tandem verò vidit columbam veram Christum Jesum, ferentem non tantum in ore hoc pacis symbolum, quando ipse pacem prædicavit, Eph. 2. v. 17. Verum etiam pacem ipse attulit, aquas damnationis infernalis deficere fecit.

### CHRISTUS TEMPLUM DEITATIS, in templo Jerosolymitano visus.

573. Psal. 84. v. 1. *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini:* Vox olim erat Davidis gestientis de templo & tabernaculo Sionis. At Christo appa- rente, major lætitia in corde Simeonis orta est: Christus enim tabernaculum totius plenitudinis Deitatis fuit, Coloss. 2. v. 9. in quo gloria unigeniti habitavit, Joh. 1. v. 14.

2. Verè dilectum tabernaculum.

1. Patris præconio, Matth. 3. v. 17. Hic est filius meus dilectus: hunc audite.

2. Evangelii nuncio. In Mosis tabernaculo caligo & maledictio habitat: In Christo vero tabernaculo habitat lux Evangelii & benedictio, Gal. 3. v. 13. 14.

3. Verè Christus tabernaculum fuit, in quod anima protoplastorum & sanctorum quorumvis in V. Testamento defecit.

### CHRISTO OBLATO, MAJESTAS

Domini implevit domum Domini.

574. 2. Chron. 7. v. 1. 2. *Majestas Domini, templum suum*

*suum implentis, sacerdotes ab ingressu ejusdem arcebat, omnes stupore complebat, facies eorum in terram prosternebat, voces populi ἐνχαριστὰς eliciebat, d.l. v.3. Majestas ea DOMINI terribilis erat: Gratiola & placabilis illa erat, quâ templum secundum Christum oblatum complevit.*

1. *Neminem aditu templi prohibuit: quin magis ut salutare exhibitus fuit in templo omnibus populis: Ita SIMEON: Παράστη ἀντιπρόσωπον ὅλης ἑθνεότητος.*

1. *Neminem stupore aut terrore; sed gaudio omnes, pace omnes beavit, pro nobis & oblatum, sicut nobis & natus, datus, Es. 9, 6. Gaudii hujus exemplum in Simeone evidentissimum, quod & verbis cantici sui & complexu brachiorum trementium exhibuit, Luc. 2, 28. 29.*

3. *Christus oblatum facies spectantium non prostravit in terram, sed erexit, brachiis se contrectari à Simeone passus est, facies nostras non prostravit, sed beatissimo sui conspectu beavit. Oculi mei viderunt salutare tuum, Ille est lux illuminans gentes, Luc. 2. v. 32.*

4. *Voces ἐνχαριστὰς elicuit Christus in Simeone, in Hanna, Luc. 2. v. 28. 38.*

#### CHRISTUS OBLATUS IN templo.

275. *Desiderium veniens est lignum vitæ, Prov. 13, vers. 12. Christus erat verum desiderium, & gentium, Hag. 2. v. 8. & Judæorum verè Judæorum, Luc. 2. v. 38. Es. 64, 1. Hoc desiderium Simeonis & justorum reliquorū in populo Dei prosperabatur Christo veniente.*

*Ille factus est Simeoni & omnibus piis lignum vitæ, verum illud lignum vitæ in medio horti vel Ecclesie Dei, all. Gen. 2. v. 9. Hoc ligno non mortuus Simeon, sed demissus emigrare cupiit, in itinere sustentatus.*

*Pientissimè Christe, da nobis semper te comedere, ut lignum vitæ, Apoc. 2, 7. in regno gratiæ tuæ, vera fide, ut*  
pote-



*potestas nobis sit in te, ligno vitæ, in regno gloria & vera  
vita nostra, Coloss. 3. v. 3. Apoc. 22. v. 14.*

### CHRISTUS VERUS PRIMOGE- nitus oblatus.

576. Exod. 13. v. 2. *Sanctifica mihi omne primogeni-  
tum, quod aperit vulvam in filiis Israel, Luc. 2. v. 23.* Hæc  
verba ad Christum applicantur. Ergò hic

1. Primogenitus: Ut enim primogeniti antecelle-  
bant fratribus autoritate, hæreditate, potestate: Ita  
etiam Christus nos fratres suos, Psal. 22. v. 23. Hebr. 2.  
v. 12. anteit triplici hoc respectu:

1. *Autoritate.* Christus enim ab ipso patre nobis  
commendatus est, Matth. 3. v. 17. *Hic est filius meus di-  
lectus; hunc audire.* Confer. Deut. 18. v. 15.

2. *Hæreditate:* *nomen* enim hæreditavit excellentius  
præ angelis, Hebr. 1. v. 4. *nomen* super omne nomen,  
Phil. 2. v. 9. 10. Eph. 1. vers. 20. 21. hæreditavit gentes &  
terminos terræ, Psal. 2. v. 8. 9. Sceptro ferreo regendos.  
Apoc. 2. v. 27. Uno verbo: Omnium hæres Christus fa-  
ctus est, Hebr. 1. v. 2. ut noscum illo olim eandem hæ-  
reditatem adire possemus, Rom. 8. v. 17.

3. *Potestate.* Hic enim Christus primogenitus habet  
potestatem omnem in cælo & terra, Matth. 28. v. 18.  
Omnia à Patre data, Matth. 11. v. 27. Omnia sub pedi-  
bus, Heb. 2. v. 8. potestatem omnis carnis, Joh. 17. v. 2.  
Addi & alii possunt respectus; Nam primogenitus  
quoque dicitur Christus.

#### 4. *Nature utriusq; majestate.*

1. *Divina,* gratiâ cuius dicitur primogenitus om-  
nis creaturæ, Col. 1. v. 15. hoc est, ante omnem crea-  
turam genitus ineffabiliter à patre, Psal. 2. 7. Mich. 5. v. 2.

#### 2. *Humane.*

1. Sin-

1. Singulari conceptione, absque virili semine, *Es. 7. v. 14. Luc. 1. v. 31. 34.*

2. Ab omni peccato exceptione, verè enim natus absque peccato, *Heb. 7. v. 26. Es. 5. v. 10. 2. Cor. 5. v. 21. Joh. 8. v. 46.*

3. *Τῆς ἰδιοποσασίας* defectiōne: non enim subsistit hæc natura humana per se, sed in *λόγῳ* hypostasi.

5. Multorum extraordinariorum in corpore Christi consideratione.

6. Admirandâ majestate, huic soli corpori propria est

1. Unionis indistantis & hypostaticæ.

2. Idiomatum communionis.

3. Sessionis ad dextram patris. Soli enim huic naturæ dictum est: Sede à dextris DEI, *Heb. 1. v. 13.* His ergò de excellentiis meritò Christus primogenitus est.

5. *Officii Christi dignitate.* Ut enim primogeniti erant reges in familia, & Sacerdotes in Ecclesia, *Gen. 25. v. 31. cap. 49. v. 3. 2. Chron. 21. v. 3.* Sic Christus

1. Rex.

2. Sacerdos, *Psal. 2. 6. Psal. 110. 4. conf. supr. all. 457.*

Hic autem primogenitus 2. *Est sanctificatus*, oblat in templo, h. e. sanctus pronuntiatus: ad tempus enim se ceremonialibus legibus subjecit, pro se offerri voluit, qui seipsum tamen olim in cruce offerre volebat.

### CHRISTUS IN TEMPLO, UT

signum & propheta.

577. *Psal. 74. 9. Signa nostra non vidimus: jam non est propheta, & nos non cognoscit amplius.* Querela hæc ingens fuit Ecclesiæ Israëlitiæ de summâ vastitate Politicæ Judaicæ illatâ per hostes externos, cujus desolationis gradus velut summus fuisse meritò censetur, tempore incarnationis Christi. Itaque Christus in templo jam se sistit, oblat ut

1. *Signum salutiferum* omnibus credentibus, quale

X

olim

olim signum salutiferum serpens ille æneus erectu est, Num. 21. v. 9. quem typum ad se applicat Dominus Joh. 3. vers. 14.

2. *Signum illud vexilliferum*, quod Christus in militia Ecclesiæ erexit, in quâ sub vexillo Christi meremur, cuiq; in baptismo nomen dedimus, sacramentum diximus, Gal. 3. 27. *Quotquot baptizati estis, Christum induistis.* 3. *Signum illud gentes ad se alliciens*, Ef. 11. 10.

3. *Oblatus est ut Prophetæ*, magnus ille, Deut. 18. 15. diu exoptatus patribus. Ergo quotidie Christus in templo oblatus est; verè dicere potuerunt fideles in Ecclesia Jædaica: *Ecce signum nostrum videmus, Prophetæ magnus ille apparuit. Dominus redemptionem populo suo fecit!*

ARTICULUS V.  
DE BAPTISMO CHRISTI.  
DE CHRISTI BAPTISMO

*ejus, effectu figurato.*

578. Josue 3. v. 8. & seq. *Arca fœderis à sacerdotibus portabatur, in Jordanis aquas, quarum pars superior stetit, pars inferior defluxit in indicium certissimæ hostium omnium expulsionis & vrbis Dei manifestationis, vers. 10.*

1. *Arca fœderis Christus est, vid. supr.*
2. *Hæc arca portata est à sacerdote Johanne, quando ille Christum baptizavit.*
3. *Aquarum pars superior legem significare potest, quæ maledictionum aquis fluctibusq; nos non obruit.*
4. *Inferior pars aquarum damnationem notare potest, quæ planè fugit, defluxit ab iis, qui baptizatum Christum induerunt, Gal. 3. v. 27.*

5. *Hæc Jordanis exsiccatio*, quando Christus ejus aquis baptizatus est, facta est in certissimum signum, hostes nostros expellendos esse, funditus delendos, imò

imò deletos esse nobis in Christo triumphantibus, & verâ nobis viâ per Christum patefactâ in cœlestem Canaan: quemadmodum *Josua Israëlitis intum iter per Jordanis undas impetravit.*

## CHRISTI BAPTISMUS.

579. *Elias & Elisæus* ad ripam Jordanis steterunt, quorum ille *complicatô palliô*, aquisque Jordanis percussis, easdem ita divisit, ut transitus ficcus præceptoris discipuloque patuerit, 2. Reg. 2. v. 8.

1. *Elias* noster Christus est, magister noster, Matth. 23. v. 10.

2. *Elisæus*, est Johannes Baptista, mactatus ut agnus pro Dei gloria, ideoque agnus Dei, non *ἰλαστικός* ille, Joh. 1. v. 29. sed *μαρτυρικὸς*, ut Rom. 8. v. 36.

3. *Uterque stetit in ripa Jordanis*, quando se Christus ad baptismum stetit.

4. *At Elias complicato pallio* aquas Jordanis divisit: Sic Christus pallium & vestem *gloriosa humanitatis* complicans, ad tempus se humilians, in locum peccatorum (Christus enim aiebat Johanni, se omnem justitiam completurum, Matth. 3. v. 15. cum tamen ipsa justitia esset, 1. Cor. 1. v. 30.) se sistens, complicans pallium innocentia suæ, vestem contaminatam peccatorum nostrorum sibi induit, Esa. 53. v. 4. nos pallio involvit, Esa. 61. v. 10. aquas baptismi lustravit, divisit, ut per has nobis ad cœlum esset ficcus transitus, Tit. 3. v. 5.

5. *Elisæus* eodem postea pallio aquas Jordanis divisit: Ita Johannem nullum **MAGISTERIUM** in suo baptismo agnovit, sed tantum **MINISTERIUM**, cui omnem vim & efficaciam ille *Baptista ignifer*, Matth. 3. v. 11. largiretur.

## EFFECTUS BAPTISMI CHRISTI,

nostra salus, significat in

580. Psal. 77. v. 17. *Viderunt te aquæ Deus, viderunt*

X 2

runt

runt te & timuerunt; & turbatae sunt abyssi. De aquis maris rubri ad *litteram*: Allegoricè ad baptismum Christi applicari possunt.

1. *Ob Dei visionem*, de qua d.l. Psalmi. Ita aqz Jordanis viderunt Deum Patrem *voce*, Natum *corpore*, Flamen *ave*; ideò additur: viderunt, timuerunt, vocum epizeuxi, quando ipse Christus est baptizatus.

2. *Ob abyssorum angustiationem*. *Abyssi inferni infremuerunt*, Psal. d.l. cum Pater de Filio testaretur; HUNC AUDITE, Matth. 3, 17. sine dubio infremuit inferni abyssi. In hoc baptismatis mari via, semita Domini fuit, DOMINO baptizati, & ita viam & semitam in aquis & per aquas, suo *exemplò* monstrante.

3. *Ob coruscationum illuminationem*: *Coruscationes illuxerunt* benedictà Trinitate ita revelatà. Coruscationis & patefactionis ea clarissima lux fuit, quæ V. Testam. civibus, quoad claritatis gradum cum, defuit, Titum. 3, 7.

4. *Ob vestigiorum Dei ignorationem*; Et tamen *vestigia DOMINI* cognita non fuerunt, dicto Ps. v. 20. Quis enim cognoscet vestigia illa *humilitatis* tantæ in Christo? quod baptizatus est à *magistro*, pro *ministeris*, ut se declararet *salvationum magistrum*, Esa. 63, v. 1. Ipse Johannes non cognovit hoc mysterium, Matth. 3, 14. Quis cognoscet vestigia *infinite bonitatis* in Christo? quâ factum, ut pro nobis lavaretur, qui semper agnus immaculatus, 1. Petr. 1. v. 19.

5. *Ob populi israhelitici educationem*. De hac enim Psalmus loquitur. Itanos Deus in manu Mosis & Aaronis, ut oves eduxit, Christus est Mose præstantior, & Aarone eloquentior, nos oves suas eduxit, baptismi aquis lavit, pavit.

**CHRISTUS EST PETRA AQUARUM  
vivarum per baptismum.**

§81. Psal. 114. v. 8. *Convertit petram in aquas, & rupem in fontem aquarum.* Ad literam de Israelitis in deserto potatis aquis, ex petra promanantibus. Alleg.

1. *Et nos in deserto mundi vagamur, extorres, carentes aquis salutaribus, quibus animæ sitim explere possumus,* Psal. 42, 1. 2.

2. *Petra nostra Christus est,* vid. sup. art. 1. hoc cap.

3. *Hæc petra conversa in stagnum aquarum, ipsa Jordanis immersa aquis, ut salutare fierent nostri baptismatis aquæ, Christus nobis factus est fons salutarium aquarum, in vitam æternam salientium,* Joh. 4, 14.

## CHRISTI BAPTISMO HOSTES

prostrati spirituales.

§82. *Moabiti pugnantes adversum Israelitas, & orto jam sole ex adverso aquarum viderunt aquas rubras, quasi sanguinem: Quapropter in suspicionem mutua pugna, ab Israelitis patrata inducti, hostes aggressi; sed tamen cæsi fugatiq;,* 2. Reg 3, 22. 23.

1. *Moabiti imago Diaboli, ejus satellitum.*

2. *Ortus ille sol jubare aquas tingens, typus Christi, rubras facientis aquas baptismi, jubare innocentie & justitie suæ, baptizatus in Jordane,* Matth. 3, 14. 15.

3. *Varias sine dubio Diabolo movit hoc spectaculum baptizati Christi suspensiones, quem vilem, quem abjectum inde sibi finxit: in similitudine carnis peccati velut existentem, Rom. 8, 2. 3. Ideoque eundem Dominum laceffere tentando minimè erubuit,* Matth. 4, v. 1. seq.

4. *Sed fugatus & cæsus est Satanas à Christo; Pharaon ille in mari rubro baptismatis submersus, spe dejectus. Christum enim induimus,* Gal. 3, 27.

## CHRISTO BAPTIZATO,

caeli aperti.

§83. *Stephano, baptismum sanguinis suscipiente, caeli aperti*

*aperiti sunt*, Act. 7. v. 55. Stephanus noster & corona nostra JESUS CHRISTUS, quâ triumphamus, quâ gloriamur, quâ glorificabimur, Joh. 17. v. 24. 2. Tim. 4. v. 8. Hic, cum baptismum fusciperet, cœlos apertos vidit, Matth. 3. v. 16.

DE CŒLI APERTIONE MEDITATIONES quædam allegoricæ.

584. Apertio illa cœlorum super Christum facta, notare potest

1. RESPECTU CHRISTI

1. *Autoritatem* divinam & commendationem ab ipso Patre institutam, hinc cœlum apertum, Matth. 3. 16.

2. *Veram DEITATEM*, quam Pater confirmat, cum *filium* appellat, ibid. v. 17.

3. *Doctrinæ* Christi immotam certitudinem, 2. Pet. 1. v. 17. Simile; ubi hæc historia repetitur.

4. *Gratiæ* Christi plenissimam effusionem, Tit. 3. 6.

5. *Doctrinæ* Christi & Johannis conformitatem, qui testabatur, hunc Christum esse Dei agnum, Joh. 1. 29.

6. *Christi* honorem summum, quem tam eximiâ partefactione illustrem Pater reddidit.

7. *Cœlorum* per Christum resecutionem.

8. *Ira divina cessationem*: Sic Noa fenestram aperuit, lapsis diluvii aquis, Genes. 8. v. 6. Cœlestis Noa fenestram cœli aperit, columbam Spiritus sancti emit, Matth. 3. v. 16.

2. RESPECTU PATRIS, ut ille nobis patriam voluntatem declararet: *Hunc audite*, Matth. 3. v. 17.

3. RESPECTU *Johannis*, qui in officio suo confirmabatur & commendabatur.

4. Cur Spiritus S. in specie columbæ apparuit? Vid. supr. cap. 3. all. 132. respectu propriæ personæ. In capite verò Christi apparuisse creditur columba, teste Chrysof. in act.

1. Quia

1. Quia Christus ecclesie suae *caput*, Eph. 1. v. 22.

2. Quia Spiritus sancti vis manat à Christo, *ut capite*, in omnia ecclesie vivae membra: Ille enim Spiritum sanctum mittit à patre, Joh. 16. v. 7. Ephes. 4. vers. 8. Psal. 68. v. 19.

3. Quia Christus ille erat, de quo Esai. 11. v. 2. *Requiescet super illum Spiritus Domini, Spiritus sapientia & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientia & pietatis.*

1. Spiritus Sapientiae in *verbi revelatione*, in quo sola sapientia. Psal. 19. v. 8. 1. Cor. 1. v. 21.

2. *Intellectus, in nostri eruditione*, quia nos intelligere facit fidei mysteria impervestigabilia, 1. Cor. 2. v. 15.

3. *Consilii in afflictorum directione*, Psal. 27. vers. 12. Psal. 73. v. 24. Ipse enim pater est consilii, Es. 9. vers. 6. magnus consilio, Jer. 32. v. 19. certos nos faciens de patris consilio, Joh. 1. v. 18. *Filius revelavit.*

4. *Fortitudinis in debiliu[m] confortatione.* 2. Cor. 12. v. 9. Ps. 145. v. 14. Ps. 138. v. 3. Fortitudinem quoq; Christus exseruit in verbis, doctrinâ, miraculis, Joh. 7. v. 46.

5. *Scientia, in ignorantia nostra sublatione.* Quando scientiam mysteriorum per Spiritum sanctum mentibus nostris instillat, Joh. 16. v. 13.

6 *Pietatis*, cum eadem, & quidem filiali, pectora nostra imbuat. *Ex ejus enim plenitudine omnes accepimus*, Joh. 1. v. 16. in quo complacuit omnem habitare plenitudinem, Col. 1. v. 19.

4. *Ob certi individui significationem.* In caput Christi sedit columba, ne Johanni ea commendatio cederet.

### SPECIES VISIBILIS COLUMBÆ CUR

in Christo apparuit.

585. In significationem nimirum.

1. *Summa Christi mansuetudinis, qualis est in columba*: Sic Matth. 11. v. 29. *Miris ego sum.*

X 4

2. *Nul-*



2. *Nullus in Christo* fellis aut amaritudinis, vel morositatis, Esa. 42. v. 4. aut peccati.

3. *Gemitum*. Columba sæpè gemit: In specie columbæ super Christum apparuit Spiritus sanctus, ut indicaret, hunc Dominum gemiturum esse ob generis humani calamitatem & populi sui pertinacem incredulitatem, Marc. 7. v. 34.

4. *Fugatum*. Columba de loco in locum fugatur. Christus mox à baptismo in desertum fugatur. In ministerio de loco in locum, ut columba fugatur. In passione ex horto in domum Pontificis; ex domo in pratorium fugatur.

5. *Eximia pietatis*, qualis est in columbis, etiam alienos pullos enutrientibus; Ita Christus etiam alienos filios nutrit, Es. 1. v. 2. 3.

6. *Simplicitatis*. Eadem in Christo fuit: *Dolus non est inventus in ore ipsius* Esa. 53. v. 10. I. Petr. 2. v. 22.

7. *Munditiæ*, quam amant columbæ: Ita Spiritus S. in hac specie columbæ apparens indicare voluit, Christum amare spirituales fidei & sanctimonie puritatem, 2. Tim. 2. v. 20. 21.

8. *Charitatis*, qualis est inter columbas: Ita species columbæ eandem in Christo significavit. Impensè namque nos amavit, Joh. 1. v. 32.

9. *Prudentis granorum selectionis*. Columba diligenter grana eligit: Ita Christus grana tritici & verbi sui à paleis Pharisæicis distinxit, Matth. 5. & c. 15. & purissima illa verbi sui grana nobis commendavit, Joh. 8. v. 3.

10. *Mysticæ significationis*, Gen. 8. v. 11. Veniens columba ramum olive ferens, omnibus in arca significavit, aquas diluvii cessasse: Ita columba hæc S. sancti indicavit, pacem per Christum restitutam esse, huncque progressurum ex ætate juvenilis velut arcâ, & publicè agrum ecclesiæ per ministerium culturum, vineam

spiri-

*spiritualem plantaturum*, ut Noah fecit, Genes. 9. vers. 20.

## COROLLARIUM I. ART. V.

## DE CAUSIS BAPTISMI CHRISTI.

## CAPITALES ET PRÆCIPUÆ

*hæ recensentur.*

586. *Omnis justitia consummatio*: Ita Christus ipse Matth. 3. v. 5. *Omitte nunc*: Sic nos decet omnem justitiam adimplere. Nostra enim justitia Christus esse debebat, Jer. 23. v. 6. In nobis erat injustitia. Ut ergò justitia Dei in nobis impleretur, justitiam implevit DEI filius. Rom. 8. v. 3. 4.

2. *Humilitatis declaratio*. Dominus venit ad servum, Matth. 3. v. 14. unguens ad unctum, Matth. 3. v. 11. præceptor ad discipulum, Joh. 1. v. 27. medicus ad ægrotum, Matth. 11. Caput angelicis tremendum spiritibus, ministri subditur manibus, Hebr. 1. v. 6.

3. *Aquarum baptismi mundatio*, quæ facta est Christi ipsius sanctissimò lavacrò: ille angelus est, qui descendit, aquas baptismi movit, salutare reddidit. Joh. 5. v. 4.

4. *Baptismi commendatio*, quem ipse suscipere voluit, nobisque suo exemplo præire, & ut significaret, veterum novorumque sacramentorum vim omnem à se dependere.

5. *Ministerii inauguratio*: idcirco ad Johannem accessit, à publico doctore publicè baptizari voluit.

6. *Johannis commendatio*, ejusque ministerii & baptismi. Quem tanti faceret Deus, ut etiam Dei filium baptizaret.

7. *Effectuum baptismi spiritualium indicatio*. Cœli aperiebantur, Christus continuò ascendit ex aquis, Pater complacentiæ testimonium Filio perhibuit, Spiritus sanctus in caput Christi descendit. Nobis baptizatis cœlum quoque aperitur. Ex peccatorum veterum

rum aquis ascendere debemus, Rom. 6. v. 4. *In novitate vite ambulare.* Jus filiorum Dei adipiscimur, Spiritus sanctus quoque novos fructus generat, in caput nostrum descendit, imò in cor nostrum, per quem clamamus: Abba pater. Spiritus sanctus enim est unguentum illud, defluens ex capite Aaronis nostri, hoc est, Christi, in totam vestem ejus, hoc est, omnes pios, ex Psal. 133. v. 3. *allegoricè applicato.*

8. *Utriusq; fœderis in se (Christo) connexio*, qui est heri & hodiè, Hebr. 13. v. 8. quando scilicet baptismum & circumcisionem conjunxit. Ipse est *lapis angularis tangens fœderis utriusq; parietem*, Esa. 28. v. 16.

## COROLLARIUM II. DEBITUM

## ARTIC. IV.

## DE CAUSIS CIRCUMCISIONIS Christi.

387. *Ob generis Abrahami significationem*, primus circumcisionis mandatum acceperat, Gen. 17.

2. *Ob patrum assimilationem*, Christus enim circumcisionem accipiens, patribus & Judæis similis factus est, ut ne eum velut incircumcisum averfarentur.

3. *Ob circumcisionis approbationem.*

4. *Sua ipsius legis impletionem.*

5. *Oneris legalis in se derivationem*, quod scilicet totam legem pro nobis impleturus esset, qui circumcidi passus fuisset, per sequelam Apostolicam. Qui circumcidi patitur se, totam legem servare tenetur, Galat. 5. vers. 3.

6. *Propria justitia exutionem.* Quâ se evacuavit in circumcissione, cum se ut incircumcisum stitit.

7. *Maturam passionem*, quam inchoare voluit in ætate infantili, quâ sanguinem quoque suum pro nobis fundere voluit.

8. *Hu-*

8. *Humanæ naturæ veruatem*, quam effuso sanguine declaravit.

9. *Spiritualis circumcissionis commendationem*, in cuius iudicium & approbationem ipse Christus corporealem accepit, Col. 2. v. 11.

## ARTICULUS VI.

## DE TENTATIONE ET JEJUNIO

Christi quadragesimali.

## CHRISTUS TENTATUS

post baptismum.

§88. *Post transitum per mare rubrum, defectu aquarum dulcium, & gustu amararum in Mara, patientia & obedientia Israelitarum probata*, Exod. 15. v. 23. 24.

1. *Israelite typus sunt Christi*. Mutua enim præfigurandi ratio valet in capite & membris spiritualibus Ecclesiæ. Ex canone Theol.

2. *Transitus per mare rubrum baptismum Christi significare potest*, in quo submerferat Pharaonem infernalem, omnem iustitiam pro nobis implens, Matth. 3. v. 15.

3. *Aque dulces solatium & abundantiam in sacris notant*. Hæ defuerunt Christo tentato, soli relicto in deserto, maiestate divinâ oblecta nube humilitatis, Matth. 4. v. 1. seq.

4. *Aque amara fuerunt Christo*, quas bibit in deserto jejunans, velut derelictus à Patre. Hinc Diabolus: Si (inquit) filius Dei es? d. l. Matth. 4.

5. *Murmurarunt Israelitæ*: Non item Christus, sed obediens factus patri, non tantum ad tentationem; verum etiam ad mortem, Phil. 2. v. 8. ejus voluntatem lubens fecit, Psal. 40. 9. à Spiritu sancto ductus, Spiritu illo spontaneo.

6. In amaro illo deserto, *aquas injecto ligno dulces reddidit Moyses*. Lignum vitæ nostræ spirituale verbum Dei,

Dei, Esa. 38, 16. iniecit Christus in aquas amarissimas tentationis, eas sibi & nobis dulces fecit, 1. Cor. 10, 13.

### CHRISTUS TENTATUS VICIT

Satanam.

589. *Idolum Bel Daniel destruxit, quod divinis honoribus Rex afficiebat, Dan. 14, 2.* Christus est verus Daniel & iudex Dei, qui Satanam iudicavit & condemnavit, Joh. 12, 31. prostravit eundem & destruxit, in tentationibus vincendo, & ostendendo triplex Diabolicæ illius tentationis idolum (avaritiæ, gulæ, superbix) contemnendum esse, quod mundus 1. Joh. 1. v. 16. divinis honoribus afficit.

### LEO INFERNALIS à CHRISTO

devictus.

590. *Judic. 14. v. 6. Leo rugiens occurrit Simsoni; At Spiritus Domini irruit in Simsonem, qui leonem illum velut hædum discersit.*

1. Verus Simson Christus est, *verè vir solis*, quod nomen istud indicat.

2. *Leo rugiens occurrit Christo*: hic est Satanas, 1. Pet. 5. v. 8. quem vicit leo de tribu Juda. Rugitus ille horribiles edebat: Si tu es Filius Dei, demitte te deorsum. Adores me, Matth. 4. v. 3. & 9.

3. Sed *Christus sprevit hunc leonem*, ejusq; rugitum: discersit hunc velut hædum, quando Spiritu sancto plenus irruit in eum, non instructus armis corporalibus, sed spiritualibus, verbo Dei, 2. Cor. 10. v. 13. Matth. 4. v. 3. seq.

### IN DESERTO TENTATUS

Christus.

591. *Saul contra Davidem descendit in desertum Siph, quorum hic mansit in petra*, 1. Sam. 23. v. 19. & 25. Saul gerit imaginem Satanæ, qui cœlestem Davidem nostrum persecutus est in deserto. Christus autem

in

in petra mansit, hoc est, verbo Dei immixtus, Satanæ elapsus est insidiis. Verè verbum Dei petra est, & turris, Prov. 18. v. 10.

## NOSTRI CAUSA TENTATUS

Christus.

592. *Adextris Josua immundas vestes gerentis, stabat Satanæ, ut ei resisteret, Zachar. 3. v. 1. 4.*

1. Verus Josua noster Christus est, vera illa Dei salus, quam vox notat, Esa. 49. v. 6.

2. Hic Josua noster immundas peccatorum nostrorum vestes gerebat, 2. Cor. 5. v. 21. eas in desertum portabat, cum in Adamo justitiæ vestem perdidissemus, in horto.

3. Adextris hujus non tantum stetit Satan: Verum etiam à sinistris, ut Christo resisteret, spiritualis Jerusalem reædificationem meditati.

4. Tandem increpat illum Christus, ut Zach. 3. v. 2. *Apage Satan.*

## CHRISTUS EST HIRCUS

ille emissarius.

593. Lev. 16. v. 20. *Hircus emissarius sorte eligebatur, in desertum mittebatur, utraque manus imponebatur capiti, omnia ei peccata portanda imponebantur.* Typus tentationis Christi, qui

1. Cum agnus esset innocentissimus, pro nobis reputatus est hircus malitiosissimus, 2. Cor. 5. v. 21. Conf. Ezech 34. v. 17. Matth. 25. v. 32.

2. Sorte eligebatur ille hircus, directâ à Domino. Sors illa est decretum patrium de mittendo filio, Es. 63. v. 3. Psal. 40. v. 9.

3. In desertum quoque missus est Christus, velut hircus, telis Satanæ ignitis discerendus, & velut à feris Stygiis dilaniandus.

4. Utraque manus Aaronis imposita hircò. Christo

sto univerſa peccatorum noſtrorum ſarcina, Eſa. 53. v. 4. 5. 6. Joh. I. v. 29. Dei manus irata huic impoſita eſt, hinc exclamat: *Deus meus, quare me dereliquiſti?* Pſal. 22. v. 2.

Hircus ergò iſte Chriſti typus fuit.

1. *Munditie.* Chriſtus mundiffimus, Hebr. 7. v. 26.  
2. *Patientiâ.* Chriſtus patientiffimus, Eſa. 53. v. 8.  
3. *Ductu.* Gregis ſui ductor hircus. Chriſtus ſui gregis fideliffimus ductor per vitæ hujus tenebras, Pſal. 23. v. 1. 2. in æternam patriam, Joh. 14. v. 3.

4. *Sanguinis efficaciâ.* Adamantem mollire, dicitur hircinus ſanguis, Plin. lib. 37. nat. hiſtor. c. 4. aliq; effectus præſtantes ſunt hujus ſanguinis. Multò nobiliores ſunt ſanguinis Chriſti vires, Hebr. 9. v. 14. 1. Joh. 1. 7.

5. *Electiõne.* Unus maectabatur, alter hircorum emittebatur in deſertum. Maectatus *humanam* naturam ſignificat in Chriſto, dimiſſus portansque peccata Chriſti *Deitatem*.

6. *Sumptione.* Ab univerſa multitudine Iſrael ſumebantur duo illi hirci. Chriſtus ex univerſo genere humano ſelectus ad hanc victimam; *ſelectus*, quia in gratia ſolus fuit, Rom. 5. v. 15. ad victimam, quia agnus Dei ſolus, Joh. 1. v. 29. ad negotium redemptionis idoneus, exceptò hõc, nullus, Pſal. 49. v. 8.

7. *Statione.* Aaron ſiſtebat hircum in oſtio tabernaculi; Chriſtus ſe ſtitit in tabernaculo longè perfectiori, Hebr. 9. v. 11.

### CHRISTUS NOSTRI CAUSA

tentatus.

594. Jerem. 27. v. 2. *Jugum in collum ſuum ſuſcepit Jeremias; Chriſtus noſtrum jugum in ſe ſuſcepit patiẽdo, & tentationes ſuſtinẽdo in deſerto.*

SINE SUO MERITO.

595. *Iſmael in deſertum eſectus ſuâ culpâ & meritiõ, quia*

*quia illufor erat, Gen.21. v.9. & perfecutor, Galat.4. v.30. Christus nulla fuâ culpâ in folitudinem eiectus.*

*9. In deferto tuta potuit effe mulier illa: Apoc.12. v.6. Christus non potuit.*

### CHRISTUS TENTATUS MAJESTA- tem occultavit.

*596. Hiskia agrotante, fol 10. lineis retrogressus est, in restituenda valetudinis certiffimam significacionem, 2.Reg.20. v.11.*

*1. Laborabat genus humanum univerfum, omnes eramus errantes oves, Ef.53. v.7. ægroti eramus spiri- tualiter, Apoc.3. v.18.*

*2. Sanare volebat genus humanum Deus: In tanta benignitatis confirmationem fol ille iustitiæ (Vide supra) retrocessit, splendore se exuit majestatis, deser- tum ingressus & jejunas.*

### TENTATUS, NON SUPERATUS Christus.

*597. Laban idola sua apud Jacobum quæfivit, sed non invenit, Gen.31. v.33. Laban imago Satanæ est, qui quæfivit idola sua apud cœlestem Jacobum, sed non invenit. Hæcerant idola diffidentie: Si tu es filius Dei!*

*Præfumptionis: Dimitte te deorsum:*

*Superbia: Omnia mundi regna tibi consecrabo: La- ban album vel candidum significat: Diabolus Chri- stum tentans album se finxit, mutavit se in angelum lu- cis, utens scripturæ luce: Scriptum est enim &c. Matth.4. v.6. imò abutens.*

### VICIT TENTATUS CHRISTUS.

*598. David Goliathum vicit, illisâ capiti illius perâ, extortog, proprio gladio amputavit caput ipsi hosti. 1.Sa- muel.17. Goliath imago Diaboli est; Vid. sup. cujus capiti Christus peram verbi illisit, prostravit; è ma-  
nu*



nu ipsius gladium verbi extorsit, quando: *Rursus* (inquit) *scriptum est*, Matth. 4. v. 7.

### SATAN VERBUM DEI CON- tempfit, eò abufus tentando.

599. Habac. I. v. 10. *Ridebit super omnem munitionem*: Ad literam de Nabuchodonofore: Allegoricè Satanas Christum tentans, omnes risit munitiones scripturæ, quæ tamen omnes ejus munitiones diruunt, 2. Cor. 10. v. 5.

### ANGELI CHRISTO INSERVIENTES.

600. Zach. 3. v. 7. *Domnus sacerdoti Josua dat de his, qui astabant.* Sacerdos verus, Josua verus Christus Actor. 4. vers. 12. Hebr. 7. per tot. Huic pater dedit deastantibus. *Astantes* sunt sancti angeli, qui stant coram Domino, Dan. 7. v. 10. qui Domini jussa exsequuntur, Psal. 103. v. 20. ut servi fidelissimi, qui faciem patris semper intuentur, Matth. 18, 10. Hi dantur Josuæ nostro vero, cum ipsi adsunt *nato, tentato, passo, resurgenti, ascendenti.*

### DE JEJUNIO CHRISTI, MOSES jejunans quadraginta dies.

601. *Moses apud Dominum fuit quadraginta dies & totidem noctes, legem scribens; panem non comedit, nec aquam bibit*, Exod. 34. v. 28.

1. Christus Dominus noster verus Moses, sanguine suo, Zach. 9. v. 11. nos ex Ægypto inferni educens.

2. Apud patrem fuit, licet apud feras in deserto fuit, Marc. I. v. 13. & Psal. 16. v. 8.

3. Per quadraginta dies jejunavit, cum ad ministerium accessurus, & Evangelii novam illam libertatis legem. Jac. I. v. 25. in tabulis cordis nostri carneis inscripturus esset, Ezech. 36. v. 26. Jerem. 31. v. 33.

### ELIAS QUADRAGINTA dies jejunans.

602. *Elias cibò angelicò nutritus, ejus virtute quadraginta dies & noctes ambulavit, usq; ad montem Horeb.* 1. Reg. 19. v. 8. Cœlestis noster Elias Christus est propheta major Eliâ, Deut. 18. v. 15. nutritus cibò angelicò, qui est, ut faceret voluntatem patris sui, Joh. 4. v. 34. Hujus ergò implendæ causa veniens, Psalm. 40. v. 9. in desertum secessit, jejunavit, ministerium suum consecravit, ad Ecclesiæ suæ montem Horeb ambulavit, quando ministerium suum aggressus est.

### NOSTRI CAUSA JEJUNAVIT CHRISTUS.

603. *Nehemias jejunavit ob contumeliam captivorum, ob destructionem murorum Hierosolymiticorum,* Neh. 1. 3. 4. Christus verè noster Nehemias & consolator jejunavit ob captivitatem nostri spirituales, in inferni deserto; Erasmus namque omnes captivi, Esa. 42. v. 7. cap. 49, 24. Jejunavit in deserto, quod hortò expulsi, Gen. 3. v. ult. omnes homines, quod spiritualis ædificii muri per peccatum disjecti forent.

### COROLLARIUM ARTICULI VI.

De causis tentationis CHRISTI.

604. (1) *Ob culpæ Adamiticæ in horto perpetratæ expiationem.* Itaq; in deserto passus est, loco ab hominum societate remotissimo, quod Adam Dei ipsius societatem aspernatus fuisset, diaboli amicitiam anteposisset. (2) *Ob tentationum destructionem.* Ut n. morte suâ mortem destruxit; Sic tentationes nostras, 1. Cor. 10. 13. vicit, ipse tentatus, superavit non superatus. (3) *Ab iisdem liberationem,* suo tempore, 1. Cor. 10. 13. 2. Pet. 2. 9. (4) *Exempli sui monstrationem,* Heb. 4. 15. (5) *Ob consolationem,* Heb. 4. 15. (6) *Ob victoriâ:* In Christi tentationibus nostrarum victoria. Hinc Apostolus 2. Cor. 2. 14. *Gratia Deo, qui nos semper facit triumphare in Christo.* (7) *Ob compatiendam,* Heb. 4. 15. 16. (8) *Ob prudentiam nobis instillandam,* quando armis spiritualibus

Y

Dia-

Diabolo occurrit. Hanc prudentiam commendat Apostolus, Eph. 6. vers. 12. seq.

## ARTICULUS VII.

DE MINISTERII CHRISTI PARTIBUS QUI-  
busdam promiscuè, variisque miraculis.  
**CHRISTUS IN CANA GALILÆE**  
ex aqua vinum fecit.

605. *Saul fortitudinis edito specimine, rex declaratus est, 1. Reg. 11, 15.* Ita in Cana miraculò aquæ in vinum commutata exhibitò specimine divinæ omnipotentia manifestissimo, Messias creditus est Christus à discipulis, Joh. 2, 11. (2) *Aqua in Mara amara dulces reddita sunt injectò ligno, Exod. 15, 25.* Aqua tribulationis amarissima fuit defectus vini amara Neonymphis, amara Mariæ, quæ dulcis facta est, injectò vitæ lignò Christo Jesu, aquas in vinum mutante. (3) *Mosis primum miraculum fuit, aquarum Nili in sanguinem conversio, Ex. 7. v. 19.* ne potari possent. Christi primum miraculum fuit, aquæ in vinum conversio, quod dulcissimum hospitibus potum, & Neonymphis præbuit solatium. (4) Joh. 5, 27. *Filium hominis Pater signavit Deus.* Ergò quædam quasi sigilla tribuit Christo, quibus agnosceretur. Hæc fuerunt miracula toties à Christo patrata, quorum primum fuit illud in nuptiis factis in Cana.

SAMARITANA ILLA MULIER, Joh. 4.

606. *Cum Rachele, Gen. 29, 10.* cui Jacob occurrit, comparari potest. Potù præbebat Jacob, v. 11. Ita Christus spirituales Samaritanæ potum ministravit.

CENTURIO PRO SERVO PRECANS.

607. Matth. 8, 6. *Amalekita servum suum in agro semianimum reliquerat, 1. Sam. 30, 11.* Non ita centurio fecit, qui ob morbum servi Christum accessit, eumq; ut sanaret, periit, maximo charitatis exemplo.

HÆMORROUSA TANGENS CHRISTUM  
benedictionem impetrat. 608. 7a-

608. *Jacobus benedictionem impetravit firmâ fide, quamvis tacitam repulsam passus fuerit, Manus Esavi, vox Jacobi, Gen. 27. 22. vox patris erat. Ita quoq; hæmorrhousa manus supplices ad Christum extendit: Has Esavi esse, h. e. gentiles Christy asserbat: Non sum missy &c. Attamen benedictionē impetravit, fidei magnæ testimonium accepit, per quā sola est benedictio, Gal. 3. 26.*

## CANANÆA PRO FILIA INTERCEDENS.

609. *Matth. 15. v. 22. Potest comparari cum Thecuitide illa, 2. Sam. 14. pro filio supplicante Davidis. Illa Thecuitis simili appositō impetravit, quod voluit, d. l. v. 21. Idem Cananæa fecit, Cavelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Thecuitis agebat: Scintillam meam extinguere volunt: Cananæa similiter: Filia mea malè agitur.*

## MATER FILIORUM ZEBEDÆI,

610. *Matth. 20. v. 21. Petiit filius suis regios honores, ut Bathseba Salomon, 1. Reg. 1. v. 15. seq.*

## CHRISTUS FLENS OBITUM LAZARI,

Joh. 11. v. 35.

611. *Amici Jobi, ejus calamitatem videntes, fleverunt cum eò, Job. 2. v. 12. Sic Christus obitum Lazari flevit, ut Jonathanis obitum David, 2. Sam. 1. v. 17. Josephy super collis fratrum, Gen. 45. v. 2. flevit.*

## CHRISTUS SEMPER EXOSUS JUDÆIS.

612. *Gen. 37. v. 8. Fratres Josephi non poterant illi pacificè loqui, odio inflammati: Ita nec Judæi Christo, odio ardentes incredibili. (Conf. seq. allegor.) quamvis eorum frater esset, Heb. 2. v. 12.*

## CHRISTUS JUDÆIS EXOSUS.

613. *Esau Jacobum, Ismael Isaacum, Gileaditæ Jephtham odio habere, Jud. 11. 3. Philistini Isaacum: Ita Christus odio habitus à Judæis, cives oderunt eum, Luc. 9. v. 53. Joh. 7. 7. Joh. 15. 24. Eadem etiam omnium piorum*

fors est, quos similiter odio prosequitur mundus. Joh. 15. v. 18. *Ne miremur ergo*, 1. Joh. 3. v. 13. *Solatio magis sit, quod hoc ipso simus beati*, Luc. 6. v. 22. & *à Domino diligamur*, Joh. 13. v. 1. cap. 14. v. 23. Apoc. 15.

**CHRISTUS SÆPIUS QUÆSITUS,**  
ut occideretur.

614. (1) *Daniel quæsitus fuit ut occideretur*, Dan. 2. v. 13. Ita Christus à Pharisæis quæsitus est, ut neci traderetur. (2.) Daniel ob veri Dei confessionem, ipsiusque veri cultus restaurationem. Eandem ob causam Christus: (Sic Pharaos Mosen quæsitavit.) ut trucidaretur, per Pharisæos, Sadducæos, eorumque succenturiatos. Christum occidere voluit Pharaos infernalis Satan. (3) Hi fuerunt *viri Anatho*, Christum verum Prophetam è medio tollere volentes, Jer. 11. v. 21. tanquam agnum occisionis, quem contra consilium inierant, etli verè esset arbor viva, fructus ferens, uberrimos fidei & doctrinæ ex d. l. Jerem. v. 19. all. applicato.

**CHRISTI HOSTES TRES.**

615. *Tres turmas Chaldaei contra Jobum instruxerunt*, Job. 1. v. 17. Christus est verus *Job*, nostra ulcera & morbos patientissimè ferens, Matth. 8. v. 17. Esa. 53. v. 4. Contra hunc Satanus armavit tres turmas: *Pharisæorum, Scribarum & Herodianorum, vel Sadducæorum.*

**CHRISTO PHARISÆI RESPON-**  
derenon poterant.

616. *Fratres Josephi non potuerunt Josepho verbo respondere, cum se eis patefaceret*, dicens: Ego Joseph, frater vester, Gen. 45. v. 3. Ita Christo Davidis filium se vocanti, & tamen se Dominum dicenti, nihil respondere potuerunt, Matth. 22. v. 46.

**JUDÆI MALA COGITANTES**  
contra Christum.

617. *Nesciebant fratres Josephi, quod linguam eorum*

*eorum intelligeret frater Joseph, Gen. 42. v. 23.* Fratres tales Judæi fuere, qui arbitrabantur suam ipsorum linguam à Christo non intelligi. Hæc lingua in corde suo loquebantur; ut solent mali, Ps. 14. v. 1. Sed Christus intellexit, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi, Col. 2, 3, dixitque: *Quid cogitatis? Matth. 9. 4.*

### JUDÆI CHRISTUM OCCIDERE

nolentes, tamen occiderunt.

618. *Fratres Josephi volebant manus polluere sanguine fratris sui, Gen. 37, 26. Ideoque cum in manus alienas tradiderunt.* Tales fuere Judæi, à sanguinis effusi crimine adeò abhorrentes, ut ne prætorium quidem ingredi vellent, in culpam nihilominus inciderunt. *In majori culpa est (dicebat Christus Pilato) qui me tradidit tibi, Johan. 19. v. 11.*

### CHRISTUS COMMENDATUS.

619. *Ita ad Joseph, & quodcumque dixeris facite; dicebat Pharao, Gen. 41. 55.* Sic Deus Pater de Christo: *Hunc audite; Matth. 17. v. 5. Deut. 18. v. 15.*

### CHRISTI TRANSFIGURATIO.

620. *Vita æternæ præludium.* Ut Israëliti ex botro fertilitatem terræ promissæ conjiciebant, Num. 13, 24. Ita nos ex Christi transfiguratione splendorem æternæ vitæ discamus, Matth. 17, 2, 3. *Mosis splendor, è monte descendens hujus transfigurationis typus fuit, non molestus, sed gratus & acceptus discipulis.* Hinc D. Petrus: *Faciamus &c. Ut Israeliti, Num. 14, 40. Ascendamus! (ajebant) ad locum, de quo Dominus dixit.*

### CHRISTUS TRANSFIGURATUS.

621. *Moses cum Deo colloquium in monte habuit, postea ab omnibus auditus fuit: Exod. 34, 23.* Ita Christus in monte transfiguratus omnibus commendatus est, Matth. 17. v. 5.

Y 3

622. *Elias*

622. *Elias curru igneo subvectus est*, 2. Reg. 2. 11. Christus ad tempus in claritatem cœlestem subvectus est, transfiguratus in monte, Matth. 17. *Rubus plenus claritate ignea non fuit consumptus*, Exod. 3. v. 2. Ita Christus ad tempus in glorificatione conspicuus factus est.

#### CHRISTUS INGREDIENS HIROSOL.

623. *Filii Prophetarum Eliseumque in Iericho deduxerunt, animadvertentes, Spiritum Elie in eo requiescere*, 2. Reg. 2. v. 15. Ita ex miraculis videntes Judæi, Spiritum Domini in Christo requiescere, cum magnâ pompâ Hierosolymas deduxerunt. *Sic David post Amalekitarum cadem, faustâ acclamatione acceptus est*, 1. Sam. 30. v. 20. Hæc est præda David. Simile exemplum est in *Jehu*, 2. Reg. 9. v. 13. in *Salomone*, 1. Reg. 1. v. 39. quæ omnia singulaque ad Christum applicari possunt, Hierosolymas ingredientem.

#### CHRISTUS FLENS INTERITUM IERUSALEM.

624. *Ezech. 24. v. 18. Ezechiel non flebat in morte uxoris, idq; in iustitiâ rigidi dissimæ argumentum*: Christus verò, moriente spiritualiter Ecclesiâ Judaicâ, quæ ejus uxor erat & sponsa, v. 13. fleuit, Luc. 19. v. 41. in misericordiâ verissimæ certissimum documentum.

#### CHRISTUS FLENS INTERITUM URBIS.

625. *Luc. 19. v. 41. Filium degenerem Absolonem David fleuit, proq; eo mortem oppetere voluit*, 2. Sam. 18. 33. multò amariores Christi lachrymæ fuerunt, quas pro filiis pessimis Judæis effudit, cum politix interitum prævidit. *Fleuit Ezechias ob vitæ decurtationem*, 2. Reg. 20. v. 3. Ob panoletriam gentis nobilissimæ Judæorum multò justius Salvator lachrymatus est.

626. *Nehemias disjectâ urbe Solymarum ruderâ videns fleuit*, Neh. 1. v. 4. Longè verò major vastitas fuit urbis illius, per Romanos illata, quam per Chaldæos, ideo-

ideoque prægnantiores lachrymarum causâ Christo  
fuere, Conf. Esa. 22. vers. 4.

## CHRISTO ACCLAMATUM FELICIS-

simè; Benedictus, qui venit.

627. Zach. 4. v. 6. *Non in exercitu, non in robore, sed  
in spiritu meo perficiet Zerobabel, dicit Dominus Exer-  
cituum. Quis tu, mons magne coram Zerobabel? in pla-  
num eris; & educet lapidem primarium, cum accla-  
mationibus: Gratia, gratia illi.* His verbis felix succes-  
sus in restauranda politia Judaica post solutam captivi-  
tatem Babylonicam promittitur. Non incommode au-  
tem ad Christum applicari possunt, qui

(1) *Politiâ* cœlestem nobis restauravit; & verum  
locum & *πολίτευμα* in cœlis, Joh. 14, 3. Phil. 3, 20. civi-  
tas illa manens, futura Hebr. 13, 14. augustissima, Apo-  
cal. 21, 1. seq. sed non *in exercitu*, quia regnum ipsius non  
fuit de hoc mundo, Joh. 18, 36. non *in robore* vel mun-  
danâ potestate, angelicas enim legiones & *gladium Per-  
tri* respuit *Spiritus sanctus*, Rom. 14. v. 17. Luc. 17. v. 21.  
Luc. 9, 55. qui prædicatione Evangelii hominum corda  
convertit. (2) *Mons coram Christo magnus* *Pharisaica*  
factio erat, elatis animis & fastu turgida. Hi sunt mon-  
tes illi, de quibus Esa. 40, 3. Marc. 1, 3. Joh. 1, 23. planifa-  
cti & velut confusi, faustis puerorum acclamationibus,  
Matth. 21, 15. (3) *Zerobabel lapidem primarium eduxit.*  
Hoc multò magis nostro Salvatore congruit, qui lapi-  
dem salutis nostræ primarium & fundamentalem jecit.  
Ipse enim factus est lapis angularis, Pf. 118, 22. Ef. 28, 18.  
Act. 4. v. 11. quapropter & in Christo ædificamur tan-  
quam lapides vivi, 1. Petr. 2. v. 5. Zach. 9. v. 16. (4) *Ze-  
robabeli gratulabantur cœptum opus*: Ita Christo ad  
passionem venienti gratulati sunt pueri & plebs infima,  
*Benedictus qui venit in nomine Domini!*

CHRISTUS EJCIENS VENDENTES.



628. Matth. 21. v. 12. *Ut Moses vitulum aureum confregit, nefandum idololatriæ instrumentum*, Exod. 32. v. 20. Ita idola in templo suo existentia, Christus evertit, vendentes ementesque eiecit.

CHRISTUS FLENS OB INTERI-  
TUM SOLYMARUM.

629. *Hiskias ad instantem mortem, ad parietem conversus flevit*, 2. Reg. 20, 2. ob suam ipsius mortem flevit; Christus alienam, ut suam, magno amoris indicio.

630. *Virginitatem suam deslere voluit filia Iephtes*, Judic. 11. v. 37. Nec scortationem commissam, nec spiritualis virginitatis florem amissum deslevit gens Judaica; Quapropter Christus lachrymas profudit, quod sancta civitas meretrix facta, meretricis pœnas luere debebat, Es. 1. v. 21.

631. *In medio propitiatorii inter Cherubinos Deus confidebat: propitiarium autem arcam tegebat, in qua asserabantur decem preceptorum tabulae*. Exod. 35, 11. Ita Deus peccata hominum tegit misericordiâ & remissione, Psal. 32. v. 1. tandem verò *relegit* eadem, hominibus in impenitentia persistentibus, pœnas infligit, exemplo Judæorum, quorû futuram Christus calamitatē deflet.

PHARISÆI MURMURANTES.

632. *Similes fons agrè ferenti longanimitatem Dei, quem idem refutavit, sumpto à minori (hedera) ad majus (homines,) argumentò*, Jon. 4. v. ult.

633. *Christus arca testamenti vera, peccatores recipiens, longè dissimilis arca V. Testam. inter quam & Israelitas spatium bis mille cubitorum intercedebat*, Josuæ 3, v. 4. Aliquot millia Bethsemitarum occidebat, 1. Sam. 6, v. 19. & Ufam, 2. Sam. 6, 7. Christus nostra arca ad se vocat recedentes, vivificat morientes, sanat languentes.

634. *Christus verus David, ad quem debitores confluerunt*, 1. Sam. 22, 2. qui idèò peccatoribus se ad sociavit,

vit, ut eos ex faucibus leonis & urli infernalis eriperet.

635. Jud. 14, 3. *Simson incircumcisam uxorem ducens*  
Christi typus peccatores recipientis.

## CHRISTUS PISCATURÆ

Petri benedixit.

636. *Tobias junior, angeli jussu in flumen se demisit, inusitata piscem magnitudinis cepit*, Tob. 6. v. 4. seq.  
Ita Petrus, jussu magni angeli consilii retia projecit; non piscem, sed pisces cepit, copiâ inusitatâ.

637. Apoc. 10, 2. *Angelus dextrum pedem super mare, sinistrum super terram habet, & librum in manu apertum*: Christus verus ille angelus est, cœli potestatem habens, Matth. 28, 18. terrâ marique miracula faciens. Quia omnia pedibus subjecta habet, Psal. 8. v. 7. *Librum apertum* in manu habet, ut Sacerdos; Doctör. Utriusque in hodierno textu exemplum est; quando Petro piscanti benedixit, *pedem* super mare posuit; *Populum* docuit; *Librum* scripturæ aperuit.

638. *Vidua Sareptana hospitio excipiens vatem benedictionem consecuta est*, 2. Reg. 4. v. 17. Ita Petri cymba, magni Prophetæ Christi cathedra, benedictionem Domini experta est.

## CHRISTUS LEGIS INTERPRES; Matth. 5.

639. *Injurias servis suis inferri noluit David, ideo vindictam de rege Ammonitarum sumpsit*, 2. Sam. 10. v. 7. Ita Christus nullas suis injurias inferri vult; ne quidem bilem moveri.

640. *Husai criminatus est ab Absolon, quod Davidẽ desereret amicum suum*, 2. Sam. 16, 17. Ipse nihilominus multo atrocius factum commutens, patrem regno exigens: Ita Pharisei multa rectè docebant; at nequiter vivebant, legẽ corrumpēbant, cujus corruptelas Christus ostendit.

## CIBANS POPULUM, Marc. 8.

641. *Israelitæ Dominum secuti in desertum, ex Ægypto*

pro migrantes, deficiente pane, Mannâ futurati sunt, Ex. 16. 4. Ita populus ille Ægyptû, h. e. Synagoga Judæicam, (ob tenebras ignorantia densissimas, Joh. 1. 10. 11.) reliquerat, Christû secutus fuerat. Unde quoq; Mannâ verbi cœlestis pascitur, & simul corporaliter saturantur.

642. Lev. 8. 2. *In Aaronis inauguratione canistrum adhibebatur*: Christus se verum ostensurus Sacerdotem, canistrum adhibuit, ex quo populum saturavit. Verus scil. Rex, in cujus domo panis & vestimentum, Es. 3. 7. cui idem votum Jacob nuncupavit, Gen. 28. 20. cujus providentia illam Pharaonis longissimè superat, suæ terræ prospicientis, tempore famis corporalis: Christus & corporali & spiritali medetur. *David Jonathan filium in mensa regia panem comedere fecit*, 2. Sam. 9. 7. 13. multò major Christi liberalitas.

643. *Eleazarus cibum non prius capere voluit, quam heri iussa fideliter curasset*, Gen. 24. 33. Dei mandatum est verbum ipsius audire: Hoc sanctius, quam propriû corpus, populus Christum sequens curavit.

#### CHRISTUS PSEUDOPROPHETAS

caveremus, prævidens.

644. *Abraham volucres à sacrificio abegit*, Gen. 15. v. 11. volucres istæ sunt hæretici, abigendi, cavendi.

645. *Filii Prophetarum à colocynthidibus sibi temperarunt*, quia mortem afferrent, 2. Reg. 4. v. 40. Doctrina hæreticorum talis est colocynthidibus similis, mortem animæ afferens.

646. Jerem. 8. v. 13. *Christus verè ille Dominus est, vitæ fictitiam hæreticos discutiens, ita ut nulle appareant vva, qui tribuli sunt.*

647. *Arbores agrestes succidi poterant*, Deut. 20. 20. Ita hæretici gladio Spiritus jujulandi, occidendi, arbores agrestes, infrugifera palmites, Joh. 15. 6. putres.

DISPENSATOR INIQUUS, Luc. 16.

648. *Abigail cum Davide transiens*, 1. Sam. 25, 23. *iniqui dispensatoris imaginem gerit*, ex injusto Mamnone sibi amicum faciens, qui eam in suum tabernaculum recepit, d. l. v. 40. *Nabal bona dilapidare commessando poterat*; Egēno Davidi subvenire nesciebat. Melius Abigaelis iudicium, v. 14. boni communicationem dominantis benedictionem, ut indicet, *beneficentiam esse hortum benedictum*, Syr. 4, 17.

649. *Dominus rationem exigens est vir ille*, Zach. 2, 1, *cujus in manu funiculus mensurarius fuit*. *Deus est vir ille*, qui omnium hominum actiones, facta, cogitata metitur, & in iudicio patefaciet, 1. Cor. 4, 5. *Propheta verò oculos levavit, & contemplatus est virum illū*: Contemplemur & nos eundem in hodierno Evangelio.

650. *Tres præcipue boni dispensatores commendantur in Scriptura*. 1. Eleazarus, Gen. 24. Joseph, Gen. 39. v. 4. Abdias, 1. Reg. 18, 3. Ex horum bonorum dispensatorum numero non fuit is, *cujus in Evangelio fit mentio*.

651. *Ezech. 5, 1. Propheta gladium acutum accepit, capillos sibi rasit, quorum tertiam partem igne combussit, tertiam gladio concidit, tertiam in ventos dispersit*. Ad literam captivitatis Babylonicæ est imago. Allegoria est de usu bonorum corporalium, quibus variè abutuntur homines, *dilapidando & velut in ventos spargendo*, cum in vanos usus adhibent, ut acolaustus ille, Luc. 15, 13. *ignicomburendo*, cum iram Dei in se concitant, in Bel-tazar, Dan. 5, 2. 3. *gladio concidendo*, cum bella immittit Deus ob immisericordiam, vel famem.

652. 2. Sam. 19, 32. & 1. Reg. 2, 7. *Barzellai reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua; occurrerunt n. mihi fugienti à facie Saulis*. Christus verus David in electis suis, velut exul in hoc mundo vagatur, Heb. 11, 37. 38. *à facie Saulis*, hoc est, impiorum. *Quicumque ergò Christi membris benefecerit, ei extremo die reddetur,*

tur, comedentque in Christi mensa, Luc. 22, 30. Matth. 20, 23. Gal. 6, 9.

653. Josua. 2. *Exploratores abscondens Rahab, eisq; beneficentiam exhibens, fidelitatis premium accepit, in vita conservata fuit*: Ita qui bona corporalia bene collocant, præmia in altera & hac vita consequentur, Psal. 41, v. 1. seq. Matth. 25, 35-36. Quod Christus hoc Evangelio indicat.

*PHARISÆUS IN TEMPLO ORANS, Luc. 18.*

654. *Ezechias thesauros suos olim Babylonis ostendens, Deum ad iram provocavit, 2. Reg. 20, 17.* Pharisei thesauri bona opera erant, quæ ille coram infernalibus Babylonis exposuit, non Deo, apud quem nulla est gloriatio, Eph. 2, 9. apud Diabolum verò valet ostentatio, filia superbiæ, 1. Joh. 2, 16. Matth. 6, 1, 2. ideoque Deum ad iram provocavit, à quo justitiæ gloriā non accepit d. l. v. 14.

655. Josua 9, v. 12. *Gabaonitæ Josuæ fucum fecerunt, ostentantes veteres calceos, panes, naves, fœdus impetrarunt*: Dispari eventu Phariseus opera sua jactitavit, veteres Adami vestes, quippe cum superbia conjuncta.

656. Jud. 17. *Sacerdos Ephraëus, Michas idolum domi sue colebat, felicem se putabat, v. 13.* Tale idolum erat Pharisei hypocrisis, quam se ille domi sue, h. e. in corde eligebat, & felicem existimabat: unde & Deo gratias agebat. Cultus ille hypocriticus erat; omnis autem hypocrisis idololatria est.

657. Esdra 9, 6. *Erubesco levare faciem meam ad Deum, quia iniquitates nostræ super caput creverunt.* Ita publicanus in templo orans pœnitensque, faciem suam ad Deum levare erubuit: iniquitates namque super caput creverant, & peccata usque in cœlum.

658. 1. Sam. 15, 17. *Saul cum parvulus esset, caput in tribubus Israel factus est: Superbus factus, regno dejectus est.*

*est.* Ita publicanus parvulus acceptus fuit, Pharifæus superbus rejectus: Humiles enim Deo placent, quib9 gratiam suam dat, 1. Pet. 5. v. 5. 6. Ps. 113. v. 6.

659. Publicani imaginem etiam David gerit, 1. Sam. 16. 11. Pharifæi Eliab. v. 7. Hic enim rejectus: Ille autem (David humilis & despectus) Rex electus est: Ita publicanus humilis Deo acceptus fuit, Pharifæus verò reje-

### CHRISTUS SANANS SURDUM

(Etus. & mutum, Marc. 7. v. 33.

660. Gen. 19. 10. *Angeli Lothum apprehensum è Sodomis eduxerunt.* Ita Christus surdum & mutum de populo, cujus pars magna Sodomitis pejor.

661. *Ut Naeman, ab uxore & captiva puella, ut Elisam accederet monitus, & à servis quoq; suis ductus est,* 2. Reg. 5. 3. 13. Ita surdus & mutus ad Christum verum Elisam, hoc est, agnum Dei, à populo ductus est.

### CHRISTUS MONENS CAVERE

servitium Mammonæ.

662. *Arca & Dagon in eodem loco consistere non poterant.* 1. Sam. 5. 4. In eodem corde non potest manere cultus Dei & avaritia, Matth. 6. 24. 1. Tim. 6. 8. 9.

673. Elias ajebat Israelitis: *Quousque claudicabitis in utrumque latus?* 1. Reg. 18. 21. Ita Christus non vult nos Deo & Mammonæ servire, quod est claudicare in utrumque latus, Matth. 6. 24.

674. *Serpenti aneo suffitum fecère Israelita,* 2. Reg. 18. v. 4. *eidemque hostias obtulerunt:* Ita divitiis multum rem facram faciunt, non cò sine datis: serpentem hunc His-  
kia contrivit, & parvi habendum esse docuit: Ita Christus divitias cavendas *jussit,* monuit, Levit. 11. 18. *Vespertilionis esum Dominus rejecit, bifformis scilicet: alis enim avis formam habet; pectore implum serpentem refert:* Ita avari ad divitias conquirendas indultrii, ut aves ad volandum, pectore velut nudo sunt, non divites in Deo.  
Luc.

Luc. 12, 20. 21. *Serpentem referunt*, quia non nisi in terrenis, ut serpentes, Gen. 3, v. 14. *serpunt*. Philipp. 3, v. 19. *In die iudicii avarus idola auri* (divitias) *in foramina verspertilionum projiciet*, Esa. 2, v. 20.

675. Deut. 22, v. 9. *Unus idemq; ager diverso semine conferendus non erat*. Cordis ager non potest feri *semine pietatis & avaritiae*, 1. Tim. 6, 10. *Avaritia radix malorum*,

676. *Josua Israelitas monuit, ut perfecto corde Domino servirent, & Deos alienos auferrent*, cap. 24, 14. Christus verus Josua, Heb. 4, v. 8. hortatur nos, ut Dominum timeamus, regnum Dei & ejus justitiam querendo; ei serviamus corde perfecto & verissimo, divitias inanes fugiendo; *Deos alienos auferamus, avaritiam cavendo*, quæ est idololatria, Eph. 5, v. 5. Omnis mali scaturigo largissima, 1. Tim. 6, v. 10.

677. *Milites Gideonis rejiciebantur, qui proni in terram aquas bibebant*, Jud. 7, 7. Divitiæ sunt aquæ fluxæ; has qui biberint, h. e. appetierint, proni in terram & pleno quasi ore hauserint, sub vexillis cœlestis Gideonis Christi, manere non poterunt.

678. *Giezi propheta serviens avaritia deditus lepræ infectus est*, 2. Reg. 5, v. 27. Ita servire volentes Deo, & simul avaritiæ, lepræ spirituali se suosq; inficiunt; *se*, spiritualiter lepræ cupiditatis inexplibili inficiendo, *suos*, malè partis opibus contaminando.

679. *Israelitas ad cultum Dei profecturos, impediri conabatur Pharaos, jubens paleas querere*, Exod. 5, v. 6.

(1) *Solicitudo terrenarum inanis palea est, quam cum sequimur, à vero Dei cultu abstrahimur.* (2.) Pharaos Diabolus est; servitio opum quærendarum stultissimo homines implicans, 1. Tim. 6, v. 8. 9. *Devotes incidunt in tentationes & laqueos Diaboli.*

680. *Jesabel innocentis Nabothi sanguinem effudit, bona ejus abripuit*, 1. Reg. 21, v. 7, 13.

(1.) *Ava-*

(1) *Avaritia talis Iesabel est, cui cum dives servit, ad cuiusvis generis flagitia impellit.* (2) *Iesabel genere & origine filia erat Ethbaal, regis Sidoniorum, 1. Reg. 16. v. 31. Avaritia infernalis Baalis & regis filia est, huic patri servit, Eph. 5, 5.* (3) *Iesabel Prophetas occidit, 1. Reg. 18, 4. Ita avaritia Prophetas, h. e. pios occidit, non pascendo.* (4) *Iesabel Achabo persuasit, 1. Reg. 21, 25. Ita avaritia suis cultoribus facile persuadet, ut per fas nefasq; omnia rapiant.* (5) *Iesabel scortationem exercuit, 2. Reg. 9, 22. Ita avaritia Eph. 5, 5.* (6) *Iesabel à canibus dilaniata, eadaver instar luti fuit, 2. Reg. 9, 36. 37. Ita Avari impenitentes à canibus infernalibus dilaniandi; instar luti erunt in die iudicii, pedibus justorum proculcandi.*

681. Num. 5. v. 27. *Aqua amara, maledicta, cineribus permista, non nisi adulteræ nocebat.* Divitiæ sunt aqua, quia fluxæ, instabiles; amara sunt ob acquisitionem & amissionem; cineribus permista: nihil enim, nisi cinis. Hæ non nocent, nisi animæ adulteræ, quæ fidem sponso spirituali Christo non servavit. Nam dives etiam Abraham, Salomon, David, quibus divitiæ, quæ salutem æternam, minimè nocuerunt. Hinc Psal. 62. v. 11. Si vobis divitiæ acciderunt, nolite appendere cor.

#### CHRISTUS IN NAIM VIDUÆ FILIUM resuscitans.

682. 1. Reg. 17, 19. *Elias viduæ Zarephthana filium resuscitavit ex mortuis:* Ita Christus filium viduæ Nainiticæ. Elisei ossa per contractū in vitam revocarunt mortuū. 2. Reg. 13, 21. Sic Christi manus mortuos excitavit.

#### CHRISTUS HYDROPICUM CURATURUS.

683. *Absolon Ammoni fratri insidias struxit in convivio.* 2. Sam. 13, 28. Ita Judæi Christo struxerunt.

684. *Simsonis leo mel in ore habuit, intestina verò putrescentia,* Jud. 24. v. 9. Ita Judæi mel in ore habentes, Christum inescare studebant; intestina verò putria, odio



odio, inimicitia, felle maledictio. Habac. 2. vers. 15.

685. *Arca fœderis, cum in domo Obed Edomi commoraretur, novis eam benedictionibus cumulavit, 2. Sam. 6. v. 12. Elias & Eliseus lechyto oleo impleverunt, farina creverunt, filii ad vitâ redierunt.* Ita Christus domû Pharisæi benedictione suâ ditavit, hydropicum curavit, ipsosq; Phariseos è spirituali morte in vitâ revocare laboravit.

#### FILIUM REGULI.

686. *Josaphat ab hoste pressus, auxilio omni destitutus, ad Deû se convertit, 2. Par. 20, 1. 5.* Ita quoq; fecit regulus.

687. *2. Sam. 14. v. 30. Joab incendio segetis compulsus, ad Absolonem venit:* Ita regulus.

#### CHRISTUS SIMILITUDINEM DE REGE

conferente rationes, proponens.

688. *Apoc. 20. v. 12. Vidit Johannes antiquum dierum throno insidentem, canitie venerandum, libros apertos habentem.* Deus est rationem exigens: libros olim conscientia, in die judicii, aperturus, librum sententiæ decretoriæ, Matth. 25, 41. *Ite in ignem maledicti.*

689. *Ezechiel. cap. 1, 10. Cherubimum vidit facie leonina & humana præditum;* Imago divinæ justitiæ & misericordiæ; Illa facie leoninâ; hæc humanâ refertur.

690. *1. Reg. 10. v. 19. Duæ manus tenebant thronum Salomonis.* Hæ significant justitiam & misericordiam Dei, utraque in parabola Christi proposita.

#### ARTICULUS IIX.

#### DE PASSIONE CHRISTI;

In Genere,

#### CHRISTUS HIEROSOLYMAS PROFICISCENS ad passionem.

691. *Exod. 28, 29. seq. Aaron portabit nomina filiorum Israel in rationali judicii super pectus, &c.*

1. Typus Christi Aaron fuit, Hebr. 5, 4. nostrum os coram Deo, deficiente linguâ Mosis, & causam nostrâ desti-

destituente in iudicio Dei. Ingressus itaque Aaronis convenit cum ingressu Christi.

1. *Ob persona collationem.* Pontifex Aaron non angelis, sed ex hominibus assumptus fuit, Hebr. 5. vers. 1. Christus sacerdos noster non angelos, sed semen Abrahamæ assumpsit, Hebr. 2. v. 16.

2. *Loci qualitatem.* Locus sanctissimus erat, in quem ingrediebatur Aaron: Exod. 25. v. 8. Talis & Jerusalem civitas sancta, Matth. 27. vers. 53. civitas magni regis, Matth. 5. v. 35. fidelis, Es. 1. v. 21. Es. 31. v. 9.

3. *Temporis rationem,* quando scilicet ingressus Aaron: Semel in anno ingrediebatur sanctuarium, Ex. 30. 10.

1. *Cum thuribulo.*

(Lev. 16. 2.)

2. *Cum sanguine juveni pro peccato proprio.*

3. *Cum sanguine hirci pro populi peccato:* Ita & Christus semel in anno illo gratioso, Es. 61. v. 1. 2. aspicietur annum gratiosum & remissionis actualis, ingressus est cum *thuribulo orationis* & prædicationis, cum *sanguine*, non hircino, sed *proprio* expiationis, Heb. 9. 12. Semel mortuus, Rom. 6. 10.

4. *Ornatus significatione.* Aaronis triplex erat ornatus.

1. Pallium superhumeralè; quod sacerdotium.

2. Tunica ocellata: hæc doctrinæ & officii prophetæ.

3. Cidaris: Illa officium regium Christi significat. Omnia bene ad Christum, qui Rex, Propheta, Sacerdos.

5. *Vestiu confectio.* Aaronis vestes non nisi sapientes corde facere poterat. Tota salutis nostræ dispositio & vestiu salutis, quibus tegimur, confectio à solo Deo sapietissimo.

6. *Nominum portationem.* Aaron portabat nomina filiorum Israel, proborū improborumque. Christus pro reprobis patiendo nomina eorum portavit: *Omnia enim portavit iniquitates.* Es. 53. 4. Joh. 1. v. 29. Proborum electorumque nomina portat, Es. 43. v. 1. nomine vocat, Joh. 10. v. 3. nomina in librum vitæ inscribit.

Z

7. Pē-

7. *Pectoralis præfigurationem.* In pectorali Aaronis erant lumen & perfectio. In Christo est lumen cognitionis, Pl. 36. v. 10. *In tuo lumine videmus lumen,* Gaudii & scientiæ. Vide Deus est lux. Conf. Coloss. 2. v. 3.

8. *Lamina aurea significationem,* cui inscriptum erat: **SANCTITAS DOMINI.** Sanctissimam innocentiae laminam in fronte gessit coram Judæis, Dan. 9. 24. sanctissimus est. *Globulis aureis succinctus erat Aaron,* Exod. 28. 34. Notant hi in Christo applausus populi congratulantis: *Benedictus qui venit!*

9. *Negatum comitatum.* Solus Aaron ingrediebatur, populo manente foris: Solus Christus ad crucis sanctuarium: Nemo ex populo cum illo fuit, Esa. 63. v. 3.

10. *Salutarem finem.* *In memoriale coram Domino in æternum ingressus est Aaron;* ut gestaret iudicium filiorum Israel: Christus in sanctuario crucis memoriale erexit, divinæ misericordiæ coram Domino, ut propitius esse dignetur iis, pro quibus ita afflictus est filius: Iudicium gestavit, quia principem mundi iudicavit & ejecit: nostrum iudicium sustulit ipse prius iudicatus, & è iudicio ablati, Vide Esa. 53. per integrum.

### PASSIO CHRISTI PER SACRIFICIA

Levitica adumbrata.

692. I. *Respectu originis & cognitionis.* Sacrificia ortum debent divinæ institutionis ordinationi: Lev. 1. 1. Ita passio Christi ex divinâ ad saluberrimum humano generi finem ordinatione profluit, Act. 4. 28. Ef. 53. 6. Zach. 13. 7. Matth. 26. 31. I. Joh. 4. 10. *Sacrificandi ratio quoque rationi humana ignotissima,* quæ viles istas laniorum actiones, excoiationes, mactationes, naso suspendit adunco. (Gentium enim sacrificia Scholis Patriarcharum originem debent:) Ita passio Christi rationi ridicula, ignota, Crux Christi plena scandali & abominationis; sive spectes humilem Christi ingressum,

sum, (ex quo ASINARIORUM nomen Christianis impositum est, teste antiquitate) in urbē Hierosolymā; siue ipsum crucis eventū, quæ Judæis *scandalū*, gentibus *stultitiæ argumentum*, 1. Cor. 1, 23. Si miraris? nostris Scotinianis etiam *hodie offendiculum!* Photinianos puto.

II. *Omniū sacrificiorum applicationis*: Quæcunq; n. sacrificia V. T. occurrunt, typum unici passi Christi gesserunt. Christus n. est verum sacrificium propitiatorium & expiatorium, qui pro nostris peccatis propitiatio factus, 1. Joh. 2, v. 2.

*Fugi illud sacrificium*, quotidie duobus agnis peragendum, Exod. 29, v. 38. vel

*Sacrificium illud vespertinum* Christus est, mundi vesperā oblatus, Galat. 4, v. 4.

*Sacrificium illud Sabbathicum*, quando Christus ipse in sepulchro Sabbathum egit, nostrum alterius vitæ Sabbathum consecrans, Esa. 66, v. 23.

*Sacrificium menstruum*, quod in noviluniis offerebatur, Christum præsignificavit, novâ luce suam ecclesiam beatorum, quæ lux N. Test. quoad claritatis intentionem, reservabatur, Coloss. 2, v. 17.

*Sacrificium anniversarium* typus Christi fuit, annum gratiosæ liberationis inchoaturi, Esa. 61, v. 1. 2.

*Sacrificium Eucharisticum* quoque Christus fuit, 1. *Libatio*: se n. ut panē vitæ obtulit; Patri libavit, Eph. 5, 2.

2. *Hostia pacificorum*, pacem faciens inter nos Deumque, Eph. 2, v. 14.

3. *Et sacrificium landis*, in cruce moriens deprædicat Christus Dei inexhaustam misericordiam, dilectionem, proprio filio non parentis, Rom. 8, v. 32.

III. *Loci, in quo sacrificia offerebantur*: Locus erat tabernaculum testimonii; Lev. 17, 8. 9. Deut. 12, 13. 14. *Ordinariè* sc. *Extraordinariè* aliis quoq; in locis rem sacrâ Deo fecerunt, ut constat, 1. Sam. 6. & 7. 1. Chron. 22.

I. Reg. 18. in monte Carmelo. Christus quoq; eo in loco passus est, ubi tabernaculū testimoniū erat, h. e. *Hierosolymis*: Extraordinariæ & minus solemniore aliis in locis non defuerunt passiones, ut Luc. 4, 29. Matt. 2, 13.

4. *Sacrificiorum materia*: quæ erant ex pecoribus mundis, mansuetis: Christus sacrificiū patri exhibendus, & mansuetissimus fuit, Matth. 11, 29. *Mitis ego sum*, & mundissimus, Joh. 1, 29. Agnus Dei, Heb. 7, 26. Segregatus à peccatoribus, Esa. 53, 7. Conferri potest D. August. Tom. 10. fol. 831. serm. 108. de tempore.

5. *Minchæ additionis*. In omnibus pecudum victimis addebatur Mincha ex farina, pane, oleo, cum thure, Lev. 2, 1. Christus in sacrificio sui addidit quoque

1. *Farinam*, se bene commolitur dentibus hostium in passione, quos canes vocat, Ps. 22, 17.

2. *Panem mundissimum*, perpetuum piorum cibum, corpus suum.

3. *Oleum* misericordiæ inenarrabilis, quæ patet in voluntaria oblatione, & pro hostibus precatione ardenti, vulnere nostrorum medelâ.

4. *Thus* fuerunt preces ardentissimæ, Heb. 5, 7.

6. *Adjunctorum in sacrificiis*. Neq; fermentum, neq; mel adhibendum erat: Semper verò sal: Lev. 2, 11. & 13. Marc. 9, 49. A Christo vero sacrificio absuit fermentum omnis malitiæ; innocentissimus namq; agnus fuit, Joh. 1, 29. Absuit fermentum à sacrificiis, ut doctrinæ puritas de Christo passo indicetur: fermentum enim falsam doctrinam notat, Matth. 16, 6. Luc. 12, 1. Gal. 5, 9. Talis est Photinianorum hodiernorum, passionis Christi massam dulcissimam, nocentissimò doctrinæ suæ fermento adulterantium.

*Mel* quoq; non obtulit sacrificiū nostrum Christo, quia in summo dolore & clamore, non voluptatibus, in mortis angore, inferni horrore se obtulit: *Tristis est anima*

*anima mea usque ad mortem*, Matth. 26. vers. 38.

Christus quoque sal obtulit in sacrificio sui: *Sal hoc est proprium corpus*; quemadmodum n. sal corpora à putredine & vermibus liberat: Ita Christi corpus nostra corpora liberat à putrefactione perpetuâ: Hujus n. virtute resurgim⁹ ad alteram vitam, corporibus nostris denudò excitatis, Joh. 5, 29. 1. Cor. 15, 16. In sepulchri agrum spiritualis *ille sal Christus sparsus est, ut nostra sepulchra fertilia redderet* corporum in die novissimo, Es. 26, 19. Ex perpetuo hoc salis offerendi ritu fortè nata est Ethnicorum illa *Salsa mola*. Plin. lib. 31. natural. histor. c. 7.

7. *Modi oblationis*, qui diversis actibus constabat, pellis detractio, artuum concisione, strui lignea impositorum, igni accensorum: Sanguis per circuitum altaris spargebatur.

(1) *Pellis Christi vestes* notare potest, quas exuerunt eidem. (2) *Artuum concisio* in Christo facta quoque est vulneratione, crebrâ flagellatione, Psal. 22, 15. *Dispata sunt omnia ossa mea*. (3) *Strues lignea*, cui Christus impositus, lignum crucis est, quod ipse portavit velut in typo monstratum Isaaci, lignum portantis, Gen. 22, 6. (4) *Sanguis quoq; Christi* in circuitum altaris spars⁹ est, *partim a Æuali effusione*, quando aliquoties cælus flagellis, partim, quando per prædicationem sanguine suo multas gentes aspersit, purificavit, mundavit, Esa. 53, 11. *Jerusalem erat velut altare Christi*, in hujus circuitum, hoc est, totum mundum prædicationis nominis Christi sparsa est; Matth. 28, 19. *In universum mundum* ite.

8. *Accensionis*, incendebantur sacrificia igni, de cælo delapso, qui nunquam defecit in altari, Lev. 6, 12. 1. Reg. 18, 38. *Jud.* 6, 21. Christum nostrum sacrificium accedit, & *ignis proprie dilectionis*, Apoc. 1, 5. Joh. 13, 1. Eph. 5, 2. & *patriæ*, 2. Theff. 2, 16. *Joh.* 3, 16. & *ignis iræ divinæ*, quæ in Christum effusa est. *Horum prior nunquam defi-*

*cu in altari nostro* Christo: In Christo enim semper Patris patet dilectio; Pater universalis dilectio: *totum mundum dilexit*, Joh. 3. v. 16.

9. *Finis & varii effectus.* Sacrificia in bonum odorem Deo offerebantur, in *memoriale*, in acceptum *ignem* Domino. *Odores* isti fuerunt suavissimi, Gen. 8. 21. Ex. 29. v. 21. Num. 15. 3. Christi sacrificium *sparsit odorem* Deo fragrantissimum, Eph. 5. 2. in cuius virtute currimus, Cant. 1. 4. Passio Christi suavissimum divinæ cognitionis odorem in toto mundo *sparsit*, 2. Cor. 2. 14. 15. 16.

Passio quoque Christi *memoriale* est Deo Patri, de nostri placatione & expiatione peccatorum, quando hunc intuetur, pro nostris percussus peccatis, Esa. 53. v. 5. *Chirographum delentem*, Coloss. 2. v. 14.

*Ignis* acceptissimus passio fuit, quando Christus voluntatem Patris explevit, Psal. 40. 9. obedientiæ filialis evidentissimum specimen exhibuit, Philip. 2. 8. Obedientia est *ignis* acceptissimus Deo, 1. Sam. 15. 22. Christi sacrificium multo acceptius est illo Noachi, Gen. 8. 21. quo cum Dominus adoraretur, decretum fecit de non perdenda terra: De salute nostra optimè decrevit Deus, mittens hunc propitiatorum, exhibens hoc propitiatorium, Rom. 3. 25. Christus obtulit illud sacrificium, quod simulac obtulit, nos persequi destitit infernalis Saul, Conf. alleg. 1. Sam. 26. v. 19.

## ARTICULUS IX.

## IN SPECIE, DE HISTORIA PASSIONIS.

693. Job. 16. 13. *Posuit me in signum, sagittarii Dei inxerunt me: divisit renes meos.*

(1.) *Signum* verè positus fuit Christus, Luc. 2. 34. iusto tamen Dei iudicio, Rom. 9. 32. in signum contradictionis. (2.) *Sagittarii* Dei fuerunt Judæi increduli, Christum vulnerantes multiplicibus *sagittis*, calumniæ, fal-

falsarum accusationum: In horum manus pater filium tradidit. *Sagittarii Dei* quoq; fuerunt ira ardentissima, quâ cor Christi exustû & sicut cera liquefactû, Ps. 22, 15.

*Tentationes gravissimæ Christi sagitta fuerunt*, quibus cor faucium, sanguineum sudorem protuberavit in horto, Luc. 22, 44. (3) *Cinxerunt* hi sagittarii Christum aded, ut nullus elabendi locus, nulla calicis declinandi ratio appareret, Matth. 26, 42. (4) *Renes Christi divisi* ob dolorum acerbitem: Renes Christi divisi, cum scrutatis renes Judæorum, fel amarulentia in eis deprehendit; Ps. 16, 7. *Increpuerunt me renes noctibus*. Nox illa passionis fuit, & nox tenebrarum, quâ Christum renes erudierunt, hoc est, omnia viscera interna acerbissimos cruciatus senserunt, cor ineffabiles horrores & sensum iræ divinæ horribilissimum, Ps. 22, 1. seq.

PASSIONIS CHRISTI LOCUS CUM  
monte Morija confertur.

694. *Ob Isaaci immolationem*. Gen. 22, 2. In regione Morija oblatus, Isaac unicus à patre Abrahamo in holocaustum. Unicus & unigenitus Dei filius Christus, Joh. 3, 16. oblatus Eph. 5, 2. in perfectissimum expiationis nostræ holocaustum, in loco passionis suæ, ubi sita Hierusalem. Ibi ligatus, ibi ligno crucis impositus. (2.) *Ob montium frequentiam* in eo loco: Ps. 125, 2. Montes multi, superbi, elati, inflati fuerunt eo in loco, ubi Christus passus, de quibus Esa. 40, 4. (3) *Ob Jacobi somnum*. Jacobus n. dormivit in monte illo, & scalâ cælo appositam vidit, Gen. 28, 12. *Somnum mortis* suæ cepit Christus in loco passionis, *scalam nobis* ad cælum posuit. (4) *Ob liberationis signum*, quod Deus eo in loco Davidi ostendit. Angelus n. Domini apparuit eo in loco Davidi, stricto gladio cladem intentans, quem David oblato sacrificio placavit, in se plagam converti petiit: pena cessavit & liberatio subsequuta, 2. Sam. 24, 17. seq.



*Strictus Dei gladius in Christum quoq; vibratus fuit in passione, Zach. 13. v. 7. pro nobis, cladem istam promeritis. Hunc gladium in se converti petiit Christus, voluit, Ps. 40. v. 9. obediens patri factus, Phil. 2. v. 8. usq; ad mortem crucis, Patrem placavit Christus oblato sui corporis innocentissimo sacrificio, in ara crucis: atque ita placatus pater plagam à genere humano avertit, quando Christus nostram plagam in se derivavit, Zach. 13. 6. (4) *Ob Salomonis aedificium & templum, 2. Chron. 3. v. 1. Salomon in monte Morija fundamenta exstruendi templi jecit: Christus verum Ecclesiae & unicum fundamentum, 1. Cor. 3. v. 11. templum Ecclesiae suae aedificavit, per sanguinis effusionem, Aetor. 20. v. 28. Templum orationis aedificavit Salomon: Tale & Christus in cruce, docens etiam pro inimicissimis orare, pro calicis mitigatione & aversione, si ea divinae voluntati congruat, Matth. 26. v. 42. Hebr. 5. v. 7.**

#### PASSIONIS CHRISTI TEMPUS.

698. *Dies diei erudat, & nox nocti, Ps. 19. 3. Solis naturalis ea est vicissitudo, Mystici solis Christi non dissimilis ratio: Dies ministerii indicavit (expletus sc.) diem passionis. Nox passionis nocti tristiori passionis indicavit, quando abyssus unius passionis alteram vocavit.*

#### CHRISTI PASSI TYPUS IN AGNO

Paschali,

696. (1) *Ob immolationem: Agnus quoque noster immolatus est, 1. Cor. 5. 7. (2) Sanguinis operationem: Christi sanguis cordi illitus verâ fide, arcet angelum cædis, 2. Tim. 1. 10. (3) Azymorum panum rationem, qui significant pietatem & sinceritatem, 1. Cor. 5. 8. (4) Lactucarum agrestium significationem, quæ pœnitentiâ præfigurant & crucis amaritudinem. (5) Recordatione. Pascha erat memoriale transitus ex Ægypto, transitus angeli cædis. Ita Christus passus memoriale est transi-*

tus

tus nostri ex Ægypto infernali; abactique cædis angeli, 2. Tim. 1. 10. Hebr. 2. v. 14. transitus nostri in novam vitam & Christi militiam, &c.

## CHRISTUS PATIENS.

697. *Lavabit in vino stolam & in sanguine uva pallium suum*, Gen. 49. v. 11.

(1) *Stola hæc humanitatem* Christi significat, quæ DEITAS velut veste amicta fuit. (2) Hanc humanitatis stolam lavit in *vino ira Dei*, vino furoris, quod pater filio propinavit, unâ cum fecibus ipsis: Ipse filius hunc calicem precibus non declinavit, Matth. 26. v. 42. ut ita peccata nostra, quæ sunt fel Draconum, Deut. 32. v. 33. expiaret, nosque moneret, ne iniquitatis vinum biberemus, Prov. 4. v. 17. vinum nostrum aquâ mistum, purificaret, Es. 11. vers. 22. (3) *in sanguine uva pallium suum lavit*, quando velut nobilissima uva sub torculari passionis calcatus est Christus; Vid. infra articulo 2. Passio Christi est torcularis calcatio.

## PASSIONIS CHRISTI EFFECTUS

nostra salus.

698. *Elisa injectâ in ollam farinâ effecit, ut non amplius quicquam amaritudinis in olla fuerit*, 2. Reg. 4. v. 41. Christus nobilissimum *triticum* erat; hoc *molendum* erat in passione, & *conterendum* velut in farinam, ut ita nostras tolleret amaritudines peccatorum.

## PASSIO CHRISTI EST EXEMPLAR.

699. In monte calvariæ monstratum. *Facies omnino secundum exemplar in monte monstratum*, Ex. 25. v. 40. Juxta exemplar tabernaculum crexit Moses. Christus in passione suâ nobis exemplar exhibuit

(1) Divinæ justitiæ, Rom. 8. v. 2. seq. (2) Divinæ charitatis, Joh. 15. v. 13. (3) Peccati turpitudinis, ejusque abolitionis, Rom. 6. v. 10.

## PASSION. CHR. CAUSA PERMITTENS.

Z 5

700. De-

700. *Dominus preparavit piscem grandem, qui devoravit Jonam, Jon. 2, 1.*

(1) *Piscis* sunt Judæi & Satanas, 1. Cor. 2, 8. qui in mari iniquitatis æstuantes, & libidine insatiabili mortis Christi velut furia, Christum deglutierunt, devorant, ut nihil superesset: *Ita agnus Paschalis totus absorbendus erat.* (2) *Preparavit Dominus in Jonam immergerum:* Christus peccatum in se non habuit, sed nostri gratiâ ut peccatum reputatus, 2. Cor. 5, v. 21. Omnium peccata illi pater imposuit, Esa 53. mundi, Joh. 1, 29. (3) *De devoraret, sed ad tempus:* Ita Judæi ad tempus Christum in sepulchro concluderunt, sed tandem eum terra exspuit, tertiâ die redivivum. Impossibile erat eum teneri à vinculis mortis. Act. 2, v. 24.

#### DEUS PRO NOBIS PASSUS.

701. *Pro emundatione leprosi duo passeres vivi offerbantur, quorum alter in vase fictili ad aquam fluentem mactabatur, alter in mactati sanguine tingebatur, eodemq; leprosus aspergebatur, Lev. 14, 2. seq.*

(1.) *Emundatio leprosi* nostram emundationem à peccatis significat. (2) *Duo passeres* duas Christi naturas designant, quarum humana (in unitate tamen personæ) in vase fictili corporis sui, ad divini judicii fluvium, mortem perpeffa est in carnis proprietate. *Divina quoq; sanguine propria* humanitatis tincta est, sicut revera princeps maculatus dicitur, & est maculatus, cum vestis ejus inaculatur: A deo ut Deus ipse pro nobis passus sit, Act. 20, 28. proprius Dei filius, Rom. 8, v. 32. gloriæ Dominus, 1. Cor. 2, v. 8. Nullus hic Synchodoches aut allæoseos locus.

#### CHRISTUS PATIENS PRO NOBIS.

702. *Arca Jordanem ingrediente, steterunt aqua descendentes ad instar montis, Jos. 3, 13. Sic Christus patiens pro nobis & Jordanem cruciatus sui ingrediens, damna-*  
tio-

tio velut mons subititit chirographo deleto, Coloff. 2. v. 14. ut non habeamus neceffum clamare, Apoc. 6, 16. *montes operite nos*: fed liber pateat transitus in cœlum. Hoc significavit Dominus fuo in monte oliveti transitu. Olea n. pacis fymbolum eft. Gen. 45. v. 5. *Sermonem Josephi ad fratres suos confer cum locis seqq.* Hebr. 2. v. 11. Joh. 20. v. 26. Joh. 10. v. 11. Efa. 9. v. 6. princeps pacis: Ergo Christi passione nobis pax comparata,

## CHRISTUS PATIENS

703. *Comparari potest cum pisce, quem junior Tobias exenteravit, cor & fel adhibuit*, Tob. 6, 6. Ita Christus velut piscis exenteratus est in passione. Latus lanceâ pertusum, ut cor velut exenteratum fuerit. Fel sine felle apparuit, quia summa in eo patientia fuit: 1. Pet. 2, 23. Hic piscis *brachiis*, ut nobis sit salutaris, apprehendendus est, ulnis vel *brachiis* in cruce extentis. Christus patiens est *similis leoni illi, à Simone occiso*, Judic. 14, 8, qui ipsi postea mel præbuit. Christus leo de tribu Juda occisus mel dedit, vicit, Apoc. 5. v. 5.

## CHRISTI INNOCENTIA.

704. *Isaacus nesciebat victimam offerendam*, Gen. 22. v. 7. Hoc innocentiam Christi significat, qui etsi peccatum non noverat, tamen pro nobis factus est peccati victima, 2. Cor. 5. v. 21. Hic verè est agnus prævisus, 1. Pet. 1, v. 20. agnus mundi, Joh. 1, v. 29. occisus ab origine mundi, Apoc. 1. v. 5.

## CHRISTUS SUA SPONTE SE OBTULIT.

705. *Principi sacrificium spontaneû oblaturo*, Ezech. 46, 12. *porta orientalis aperitur*. Princeps noster Christus est, Efa 9, 6. Jos. 5, 14. qui spontaneum se holocaustum obtulit, Pfal. 40. 9. Joh. 10, 11. in odorem fragrantia, Eph. 5, 2. Quod portam cœli nobis aperuit: Heb. 9. v. 12. locum præparavit, Joh. 14, 3. verè orientem, salus enim nobis inde orietur, Malach. 4. v. 2.

CHRISTUS

CHRISTI PROMPTITUDO AD  
redemptionem.

706. *David ad locum certaminis cucurrit: h. e. promptissimus fuit ad confligendum cum Satana.* Ille est sol gaudens currere viam suam, Pl. 19, 6. Oblatus est, quia voluit, Esa. 53, 12. Voluntatem Domini libenter fecit, Pl. 40, 9. Desiderio desideravit Pascha manducare cum discipulis, Luc. 22, 15. baptisinate passionis baptizari voluit, Luc. 12, 50. 51. Sponte descendit Hierosolymas. Ita *Charitas timorem expellit: 1. Joh. 4, 18. Christus ipsa charitas timorem mortis omnem excussit.*

CHRISTUS PATIENS PER CARNES  
affas præfiguratus.

707. Exod. 12. v. 9. *Agnus paschalis mactatus affabatur.* Christus est verus agnus paschalis, 1. Cor. 5, 7. mactatus, affatus *in ligno crucis*

(1) *Igni divinæ iræ, furoris: ira enim Dei ignis est, ad inferiora usque inferni penetrans, Deut. 4, 24. Deut. 32, 22. Jerem. 15, 14. affatus igni divini amoris in Patre, qui dilexit, Joh. 3, 16. (2) In Filio, qui desideravit Pascha manducare nobiscum. (3) In Spiritu Sancto, per quem Dei dilectio in corda nostra effunditur, Rom. 5, 5.*

PASSIO CHRISTI EST VERE TOR-  
cularis calcatio, ex Esa. 63. v. 3.

708. *Solus ego calcavi torcular.* Verè passio Domini torcular.

(1) *Ob uvarum compressionem.* In torcularibus uvæ comprimuntur: ita Christus vera uva in torculari iræ divinæ & furoris Judæorum pressa fuit, d. l. (2) *Vestium conspurcationem:* Vestes n. torcularia calcantium conspurgantur: Ita Christi vestes suo ipsius sanguine tinctæ sunt, Gen. 49. v. 11. d. l. v. 13. Has vestes emere jubemur, Apoc. 3. v. 18. ut nostram immunditiam, Ezech. 16, 8. & damnationē, Es. 61, 10. tegamur. (3.) *Vini protuberatio-*

*tionem.* Torcular calcatum vinum protuberat: Ita ex Christi passione *vinum solaris*, cor nostrum exhilarans, manat. In torculari passionis Christi *vinum furoris* divini expressum in calicem profusum, Christo propinatū: *Transseat à me calix iste*, vox Salvatoris est, Matth. 26, 42. (4.) *Ob copiam*, Num. 18, 27. & 30. 2. Reg. 6, 27. Prov. 3, 10. Omnis generis, voce torcularis, copia describitur. Ergò Christi passio omnium divitiarum nostrarū fons & origo est. Ex ejus enim plenitudine omnes accepim⁹ gratiam, Joh. 1, 16. Gratiam autem tunc dedit, quando iram Patris sustulit, chirographum delevit, Col. 2, v. 14. (5.) *Ob typicam præfigurationem*, Jud. 7, 25. *Sed princeps Midianitarum in torculari à Gideone occisus.* Ita Christ⁹ in torculari passionis infernalis est occis⁹, morte & inferno destructis, 2. Tim. 1, 10. Heb. 2, 14. Job. 24, 11. *Improbi etiam subjectos sibi propria torcularia calcare jubent, nec tamen sicut extinguere iisdem concedunt:* Ita nobis *divina ira torcular* calcandum fuisset, Satanâ urgente nos, ut captivos. Ef. 4, 22. c. 49, 25. perpetua gratiæ divini sitis toleranda, nî Christus calcasset.

## CHRISTUS ABITUM PRÆDICENS.

709. Ut Tobia, angelus comes dixit, Tob. 12, 20. *Jam tempus meum est, ut revertar.* Ita Christ⁹ suis, quos duxerat, discipulis: *Nunc vado ad eū, qui est c.* Joh. 16, 5.

## PASSIO CHRISTI PRÆDICTA.

710. Matth. 17, v. 3. & Luc. 9, v. 31. *Moses & Elias cum Christo locuti sunt de exitu ipsius.* Ille exitus per passionem fuit, per quam è mundo exiit, & ad Patrem profectus est, Joh. 16, 5. De hoc Moses testatus est, & Helia Propheta in monte. Ad utriusque prædictiones Christus ipse provocat, Luc. 24, v. 7.

## ARTICULUS X.

DE PASSIONIBUS CHRISTI IN HORTO.  
IN VILLAM GETHSEM. CONTENDENS

Christus.

711. Geth.

711. *Gethemane est torcular olei.* Passio Christi verum torcular fuit; Christus merum oleum misericordiae, pacis, Regis & Ducis nostri, pugilis, Prophetæ, Sacerdotis. (Hi n. oleo olim ungebantur) significativum. Hoc oleum velut expressum per infatigabiles Christi in eo loco perpeffos angores.

2. Torcular ibi Christus solus calcavit, Esa. 63, 3. Apoc. 19, 15.

3. *Significat etiam vallem pinguium: Tauri pingues ibi Christum obsederunt.* Pf. 22, 13.

#### IN HORTUM IVIT CHRISTUS.

712. *Descendamus in hunc, comedamus fructus pomorum ex arbore vitæ, Christo, dependentium.* Cant. 6, 10. In medio horti arborem posuerat Deus, Gen. 2, 9. Vera arbor vitæ in horto posita est, per passionem vitam reddiurus Christus, 2. Tim. 1, 10. *Lachryma Christi sunt flumina hortum irrigantia.* Gen. 2, 10. *Sub horti arboribus abscondit se Adam.* Gen. 3, 8. Non item Christus, qui ut, pro more, in illo oraret, se in illum contulerat, non occultaret. Hortus conclusus erat caelum, Gen. 3, 24. Hortus apertus cæli, Christo patiente. Totum genus humanum erat instar horti Sodom: *Fluvium maledictionis Christi lachryma sustulerunt,* fecundarunt. Christus n. verus fons horti, *fluens de Libano,* Cant. 5, 15. In manus Pilati traditus. Aromata spiritualia in hoc fluxerunt horto, cum Aquilo iræ divinæ eum perflaret.

#### CHRISTUS TORRENTEM CEDRON

*transgressus,* Joh. 18, v. 1.

713. 1. *Ob via preparationem.* David in exilium pulsus ab immerigero filio, torrentem Cedron transgressus est. 2. Sam. 15, 23. Christus verus David in exilium suæ passionis pulsus est à filiis immerigeris.

Hi sunt Judæi, Deut. 32, 5. Esa. 1, 34. Luc. 19, 14. Nos quoque illi sumus, qui Christum eiecimus, in exilium humilis in terra conversationis. *Servire me fecisti in peccatis tuis,* Esa. 43, 24. Omnium nostrum peccata Pater in eum coniecit, Esa. 53. *Transgressus est torrentem Cedron, ut David, per viam, quæ ducit ad desertum.* Via hæc erat passionis & mortis; *hæc deducebat in desertum Hierosolymarum.*

(1) Ubi hæreditas Domini leo fuit Domino, Jer. 12, 8. (2) Ubi *carnes & tauri pingues,* cervam matutinam persequentes, Pf. 22, per totum, (3) *Leo Sathan & venator* ille, (4) *Retia* falsæ accusationis.

Via hæc erat nostri erroris, quam per passionem velut ingressus, acsi ovis perdita esset, ut nos omnes quæreret, Esa. 53, 6. Hoc populus Davidem fugientem præcedens significavit:

Ita

Ita & nos in desertum erroris per peccatum præcesseramus, Christum in eandem erroris viam (imputati vè) pertraximus.

II. *Ob peccati nostri purificationem. Assa pius rex idolum matris suæ Miplezeth in torrente Cedron combussit?* 1 Reg. 15. v. 13. nosæter Christus est.

Idolum Miplezeth matris nostræ Evæ, est peccatū: Hoc est verū illud idolum terrens nos, quod vox Miplezeth indicat, Deum nobis abscondens. Es. 59. v. 2. *Diviserunt inter me & vos peccata.*

Hoc idolum Christus per passionis suæ ignem combussit in torrente Cedron, eum transgressus.

Ille est verus ille Hiskias, qui omnes impuritates nostras in torrentem passionis suæ projecit, ut 2. Chron. 29. 16. Hisk. fecit.

III. *Ob tribulationis significationem.* In hortum ingressus est Christus per torrentem Cedron: Cælum hortus est amœnissimus, in quo lignum vitæ Christus (vide infra:) hunc nemo ingreditur hortum, nisi per torrentem Cedron atrum illum tribulationum, terrentium animam: Ps. 18. 5. Act. 14. v. 22.

IV. *Ob passionis efficacis demonstrationem.* Transiit torrentem hunc, in quem victimarum sanguis confluxerat Christus: indicaturus, suum sanguinem veram largiri victimis vim, transiit hinc torrentem; quod statum Ver. Test. aliquo modo obumbrat: Transiit autem, & ad passionem contendit, quia verum expiationis sanguinem esset profusus, Heb. 9. v. 14.

V. *Ob extremam exinanitionem.*

(1) *Davidis fuga disparitatem.* David fugiens coronam regiam sine dubio deposuit: Christus majestatis divinæ coronā se exiit, obediens patri ad mortem factus Philipp. 2. 8. (2) *David ex timore mortis transiit hunc torrentem, fugiens Absolonem, Ahitophalem.* Christus nec Satanam fugit, nec Sacerdotes, Judaicos Ahitophels, (3) *David fortium comitatu munitus:* Christus paucorum inermium discipulorum. (4) *Davide transeunte torrentem Cedron, & fugiente, tota terra flevit,* 2. Sam. 15. 23. Sine dubio suo modo creatura omnis ingemuit, Rom. 8. v. 22. quando ita Dominum suum patientem vidit.

VI. *Ob vaticiniū complementum,* Ps. 110. v. 7. Bibit Christus de torrente, Psal. 69. 1. 2. de calice furoris patrii bibit, sed citò dilapsæ hujus torrentis aquæ, Christus caput suum exaltavit.

IN MONTEM OLIVETI ASCENDIT CHRISTUS.

Matth. 26. v. 30.

714. 1. *In divina misericordia significationem.* Christus n. passurus, in montem oliveti concessit, indicaturus, verum divinæ miserationis oleum per suæ passionis torcular, se expressurū esse.

2. *Pæcis*



2. *Pacis restitutionem*. Oliva n. pacis symbolum est,  
 3. *Vulnerum spiritualium mitigationem*. Vulnera  
 Christi nostra erant peccata. Es. 1. v. 6. Ob hæc Domi-  
 minus jamjam vulnerandus, ad passionem se accinxit,  
 ut ipse Dominus velut cœlestis uva, sub torculari pas-  
 sionis pressus, oleum nostra mitigans vulnera suppedi-  
 taret, Es. 53. v. 4. 5. nostra vulnera, ut cœlestis Sama-  
 ritanus alligaret, Luc. 10. v. 34.

DE ORATIONE CHRISTI IN HORTO.  
*PASSIO DOMINI EST CALIX.*

715. *Si fieri potest, transeat à me calix*, Matth. 26, 42.

1. *Ob propinquantem Deum patrem*: Esa. 53. v. 10. qui  
 hunc passionis calicem præparavit.

*Amarissimo passionis vino implevit*, *Tristis est ani-  
 ma mea*, Matth. 26, 38. *Temperavit*; & certos limites  
 propinantibus Judæis præscripsit.

2. *Ob socios combibentes*, qui bibunt ex calice passio-  
 nis Domini, non ἰλασµῶς, hoc enim solius Christi; sed  
 ἰσχυροῦ & exemplariter, vestigiis Christi insi-  
 stendo. Conf. Crux est calix.

CHRISTUS ORANS IN HORTO.

716. Comparari potest cum

1. *Jacobo*, jamjam Esavo occurso. Gen. 32. *Infer-  
 nalis Esau Diabolus* mox occursum erat Christo, verò  
 hostiū nostrorū supplantatori; ideoq; ardentè oravit.

717. 2. *Josaphato* hostium impetum metuente; in-  
 firmitatem confitente; 2. Chron. 20. v. 6. Christus nô-  
 stras infirmitates in se suscepit.

718. 3. *Mose* orante & præliante contra Amalekitas,  
 Exod. 17. & vincente.

719. 4. *Agroto Hiskia*: Es. 38. Ita Christus morbos  
 nostros in se suscepit, Esa. 53. oravit in horto.

ANGELUS CONFORTANS CHRISTUM.

720. *Daniel. 12. vers. 1. Michael princeps stetit pro  
 populo*

populo suo. Princeps populi sui Christus in horto stetit pro populo suo, astitit angelus consolans.

721. Apoc. 12. v. 7. *Michael & angeli ipsius pugnabant cum Dracone.* Verè pugnavit cum Dracone Christus angelorum caput, cùm angelus in passione afflaret.

722. *Eliam fugientem confortavit angelus, cibum ministravit, cujus virtute ad montem Horeb ambulavit,* 1. Reg. 19. v. 6. seqq. Christus ab angelo confortatus in passione, cibum solatii ab eodem accepit, ad montem Calvarix ambulavit.

723. Jud. 7. *Gideonem angelus confortavit.* Act. 27. Paulum. Tobiam angelus, Tob. 5. Omnia hæc ad angelum illum applicari possunt, qui Christo apparuit agonizanti.

## DE SANGUINEO CHRISTI

sudore.

724. Gen. 3. v. 19. *In sudore vultus tui pane tuo vesceris;* Christus Adamus secundus in sudore sanguineo vultus non tantùm, sed totius corporis, panem comedit suum: Quis ille panis? nisi ut voluntatem patris in passione expleret, Joh. 4. v. 34. Esa. 53. v. 10.

## SANGVINEUS CHRISTI

sudor.

725. *Sanguis Abelis de terra clamavit contra Cainum,* Gen. 4. v. 10. *Verus Cain Satan est,* ille humani generis homicida, Joh. 8. v. 44. Sanguis veri Abelis est Christi sanguis, Hebr. 12. v. 24. qui clamavit de terra contra Satanam, quando sanguinem sudorem emisit Christus. Clamat autem, quia ultionem & judicium de ejiciendo Satana exigit.

Aa

ROS.

726. *Ros Gideonis in vellus demittebatur*, Judic. 6. v. 37. *in signum futura liberationis*. Ros sanctissimus Christi fuit sanguis innocentissimus, in *vellus terra missus*, ut ejus maledictionem abstergeret: In terram demissus, pro hominibus in terra viventibus deffusus.

## PLUVIA.

727. *Christi sanguis ille salutaris pluvia*, fecundans terram, *qua hujus sanguinis virtute corpora red-det nostra in resurrectione*. Hæc pluvia sanguinis monet, divina flagella esse cavenda, quod aliàs Plinius de prodigiosis pluviis sanguineis scripsit.

## CRISIS.

728. *Sudor hic sanguineus est Criticus*, de peccatorum nostrorum noxiò humore, de iræ Dei magnitudine, conscientia horrore. *De toto corpore manavit ille sudor*, in totum ecclesie corpus, ut saluberrimus imber: Et ita Christus nobis *sanguinum sponsum factus est*, ut olim Moses, Exod. 4. v. 26.

## SUDOR CHRISTI

balsamus.

729. *Christi sanguis est optimum & fragrantissimum Balsamum*, soli terræ Judææ concessum. Vide Plinium lib. 12. cap. 25.

1. *Vulnera nostra sanans.*
2. *Odorem fragrantissimum spargens*, Eph. 5. v. 2.
3. *Oculorum morbis spiritualibus medens*: quam virtutem Dioscorides balsamo adscribit: In Christi sudore videmus peccati magnitudinem, nobis ignotam.
4. *Venenum pellens peccatorum.*  
*Christi sudor sanguineus martyria primitivæ ecclesie*

sue

clefæ præsignificavit, quæ perpessa est per integra decem secula.

## CAUSA SUDORIS CHRISTI.

730. *Christi sudor* est à peccato, quod velut *hemorrhoidis* est, species serpentis, (de qua P. Ægineta lib. 5. c. 15.) totum hominem, simulac momorderit, cruentans, & sanguinem profluere faciens: Hujus morfibus varia adhibent remedia Medici. Videatur Plinius in Indice. *Contra spirituales peccati morsum, unum, & solum est in sudore Christi remedium.*

## SIMILE SUDORIS CHRISTI

valde dissimile.

731. *Arborum natura succos producit*: Mira succi ex myrto natura: Videatur Plin. lib. 15. cap. 29. qui asserit, ex myrti succo bona genera & olei & vini fieri: Cœlestis myrtus Christum succum dedit, sanguineum sudorem, qui & *vinum* est, quo nostra vulnera peccatorum purgantur: eademque, ut *oleo* salutifero mitigantur. Ex hoc succo sanguinei sudoris oleum & vinum suum accepit Christus, Luc. 10. v. 34. & sic vera arbor vitæ Christus vitalem sanguinis succum protuberaverit. *D. Augustin. testis est, quod viderit hominem, quoties voluit, sudantem*: At Christi sanguineus sudor majori cum admiratione conjunctus, D. Augustin. Tom. 5. pag. 796. lit. C.

## JUDÆI IN TERRAM

prostrati.

732. 1. *Ut impii Sodomitæ* in terram ceciderunt, cæcitate percussi, Gen. 19. v. 11. cum vim angelis intentarent.

2. *Saul* cecidit in terram, minas & sanguinem spirans & Christum perlequens, Act. 9. v. 1. 4. Ita Judæi in terram ceciderunt, Christum persecuturi.

A a 2

3. *Muri*

3. *Muri Jerichuntici ad clangorem turbarum Josuz ceciderunt*, Jos. 6. v. 20. Clangebat tuba vocis suæ cœlestis Josua noster, & muri (Judæi superbi) corruerunt.

4. *Syri milites cæcitate percussi & obstupefacti, opera Elisæi*, 2. Reg. 6. v. 19. Obstupefacti Judæi ad vocem cœlestis nostri Elisæi.

5. *Eli retrorsum cecidit*, 1. Sam. 4. v. 18. Ita Judæi hoc loco, audientes Christum loquentem.

6. *Vox Domini confringens cedros*, Psal. 29. v. 5. Cedri sublimes Judæi, voce Domini confracti, eundem in horto capere volentes.

### CHRISTUS PRÆDICENS

scandalum & mortem.

733. *Sol novit occasum suum*, Psal. 104. v. 19. Sol justitiæ Christus, Mal. 4. v. 2. occasum passionis probè novit. (Verè enim passio Domini occasui Solis comparari potest: nam ipse 1. ut Sol radiis miraculorum & doctrinæ. Joh. 2. v. 11. non coruscabat, quippe sepultus. 2. Post occasum Solis nox ingruit: ita discipuli post passionem Christi fuerunt in nocte trepidationis, ignorationis & dubitationis de Christo, Luc. 24. v. 21. cum jam infra *Horizontem vitæ* in hæmisphærium sepulchri, sub terram deprimendus esset: Ideò discipulos monet de scandalo. At

### PETRUS CUM CHRISTO

mortem appetiturus.

734. *Ut Ithai Davidem regno pulsum operâ Absolonis impii, intrepidus sequi voluit*, 2. Sam. 15. v. 19. Sic Petrus Christum regno pulsum suo à filiis regni, Matt. 8. v. 12. Deut. 32. v. 5. Luc. 19. v. 14. *Nolumus hunc regnare super nos*: sequi voluit, Matth. 26. v. 33. sed non præstitit.

JU.

## JUDAS CHRISTUM

prodens.

735. Genes. 37. v. 26. 27. Judas *fratribus suis autor fuit, ut Josephus venundaretur: Quid (ajebat) nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum, & celaverimus sanguinem ipsius?* Ita Judas Ischariotes Christum prodens argenteis triginta, hujus antitypus esse videtur.

## JUDAS CHRISTI PRODITOR.

736. *Giezi Elisai famulus aurum à Naamano accepit, 2. Reg. 5. v. 24.* Talis fuit Judas & Judæi, qui in Christo nihil nisi temporalia quærebant, unde etiam spirituali leprâ sunt puniti.

## JUDAS.

737. *Joab Amasam salutans manu barbam apprehendit, sicam corpori ingessit, 2. Sam. 20. v. 9. 10.* Ita Judas osculo Christum prodidit: O fidelis anima! Ecce sponsum tuum, Cant. 1. v. 1. osculo proditum!

## SERVI PONTIFICUM CHRISTUM

capere volentes.

738. *1. Sam. 19. v. 11. Saul lictores misit ad capiendum Davidem:* Ita Pontifices miserunt satellitum copiam ad capiendum Christum, qui est verus ille David, toties promissus, Ezech. 34. v. 33.

739. *Christi quoque captura convenit cum illa*

1. *Simsonis, Judic. 16. v. 21. seq.* Verus equidem Simson Christus est,

1. *Nomine;* Simson filius Solis: Christus ipse Sol est, Mal. 4. v. 2. *justitiæ;* imo Sol & scutum, Psal. 84, 12. Psal. 89. v. 19.

2. *Officio judicario,* quod Simson gessit: Christus quoq; noster judex, rectè judicans, Psal. 9. v. 9. Psal. 35.

A a 3

quam

v. 1. 2. inter nos hostesque nostros, tam corporales, quam spirituales, quibus dicit: Judicati estis, Rom. 5. v. 1. cap. 8. v. 1. & v. 32. 33.

3. *Tragico vitæ exitu*, quem fortitus Simson salutis causâ suorum: Idem Christo competit, ut suo loco dicitur. Hic spiritualis noster Simson à Judæis tanquam Philistæis captus, vid. plura, Alleg. 761.

740. 2. *Josua Sacerdotis* in vestibus sordidis, Zach. 3. v. 3. Christus verus Josua & Salus, Act. 4. v. 12. Sacerdos, Psal. 110. v. 4. in sordidis vestibus peccatorum nostrorum apparuit, qui nunquam immundus fuit, Joh. 8. v. 46. Esa. 53. v. 9.

741. 3. *Regis Judæorum & uncti*, de quo Thren. 4. v. 20.

1. *Unctus noster & Rex Christus*, Psal. 2. v. 6. Psal. 45. v. 8. nos ungens Spiritu Sancto, Tit. 3. v. 5. 6.

2. *Noster consolator quoque Christus est*, (quod de suo rege Israëlitz deprædicant apud Jeremiam, dicto loco) Hoc capto, omne solatium discipulorum evanuit.

742. 4. *Jona in ventre ceti*, Jon. 2. v. 11. Venter ceti conciliabulum fuit cleri Jerololymitani, in quo Christus (non inobediens ad prædicandum, ut Jonas olim) captus undiquaque angustiis affectus.

743. 5. *Cerva matutinæ*, ex Psal. 22. v. 1. ut aliàs dictum.

#### DISCIPULI ARMIS DEFENDERE volentes Christum.

744. *Jonæ 1. v. 13. Nauta jonæ in terram reducere, ad portum applicare allaborant; sed non poterant, reluctante mari. Mare passionis aestuabat, Christum fluctibus obruebat, sæviebat, fremebat. Discipuli Christum*

stum eripere volebant ex fluctibus iræ Dei, ex ore mortis, mox Christum absumpturæ ad tempus: & pugnando armis, dissuadendo iter, Matth. 16. v. 22. sed non poterant.

745. *Idem conatus convenit cum illo Abisai facto,*  
2. Sam. 16. v. 9. 10.

## MALCHUS à CHRISTO

sanatus.

746. 1. *Ut Propheta manum Regis* 1. Reg. 13. v. 6. *restituit:* ita Christus Malchum.

747. 2. *Moses precibus suis Mirjam* Num. 12. v. 13. *fanavit.*

748. 3. *Elisa hostes Syros cibari iussit,* 2. Reg. 6. v. 22.


## DISCIPULI FUGIENTES.

749. *Totum vidi Israel dispersum,* fugato rege, aje-  
bat Propheta, 1. Reg. 22. v. 17. Fugato rege vero Chri-  
sto, totus discipulorum grex dispersus.

*Oves dispersæ sunt, percusso pastore,* ex vaticinio Za-  
chariæ, cap. 13. v. 7. Solus enim calcare debuit torcular,  
Esa. 63. v. 3. pastor, idè fugâ pedibusque salutem quæ-  
sivit ovium cohors.

*Reducam universam multitudinem, percusso Davide:*  
Vox Ahitophelis, 2. Sam. 17. v. 2. 3. capto Christo, mul-  
titudò discipulorum universa reducta.

750. *Arçâ captâ, Israel dispersus est,* 1. Sam. 4. v. 10. 11. Ita Christo capto discipuli.





ARTICULUS XI.  
DE PASSIONIBUS CHRISTI IN  
iudiciis, ecclesiastico, politico, & extra  
urbem.

IN CHRISTUM FALSA TESTI-  
monia dicta.

751. *In sanguine hœdi vestem Josephi fratres tinxerunt, Gen. 37. v. 31.* Ita Judæi innocentissimi Christi vestes purissimas, suo ipsorum sanguine tinxerunt, quando mendaciis eum profciderunt, ex agno immaculato improbum hœdum fecerunt.

752. *Similis typus est in Jeremia cap. 8. v. 18.* usque ad finem capituli.

753. *In Nabatbo, 1. Reg. 21. v. 13.*

PETRI LAPSUM, RESIPI-  
scentia.

754. *Math. 14. v. 30. 31. Petrus in ambulans aquis, magnum vidit ventum, quo territus, mergi cœpit; sed Christus dextra apprehensum servavit.* Ita in passione

1. Cum Christo ambulare voluit Petrus in mari passionis, in quo venti illi Judæi, Pharisei contra Christum depræliabantur.

2. Sed vidit *Magnum ventum*; Ventus ancillæ verba: *Magnus* ille Petro, quia per fidei imbecillitatem Christus illi videbatur *parvus*.

3. *Mersus* ergò est Dominum abnegans: sed Christus eum sustentavit, oculis misericordiæ respexit.

755. *Abimelech à muliere occisus est, Jud. 9. v. 53.* Apostolorum præcipuus Petrus spiritualiter est occisus à muliere, ancilla ostiaria. O imbecillitas humana quanta!

756. *Moses petram percussit, qua aquam emisit, Num. 20. v. 11.*

20. v. 11. Jubare vultus sui misericordis Christus Petrum percussit & *pœnitentiæ aquam* emisit.

757. *Pœnitentia Petri sacrum est Balsamum, quod ipsius cor penetravit & calefecit, quæ vis balsami propria. P. Aeginæta lib. 7. p. 466. Locorum sacrorum autopta autores, balsami frondem, si ad solem declinetur, ilico balsamum emittere fragrantissimum, cujus tanta vis sit penetrandi, ut solidam manus partem permeet & penetrationis evidentem in altera parte manus significationem iudiciumque ostendat.* In peccato abnegationis sepultus erat Petrus (omnis enim peccans spiritualiter moritur & sepulturæ spirituali debetur) Christus cum balsamo pœnitentiæ unxit, ad se reflexit, (pœnitentia namque balsamum abigens peccati fetorem & reddens fidei odorem; hoc balsamum semper in theca cordis tui gestandum, Psal. 32. v. 5. quotidieque per gemitus intimos aperienda, dicendo *Domine dimitte nobis debita nostra!*) ut iustitiæ solem: Hoc ergo pœnitentiæ balsamum, non solum cor penetravit; sed etiam oculos lachrymarum amararum flumine mundavit.

PETRI LAPSUS CUM ADAMI  
confertur lapsu.

758. 1. *Ob personam convenientiam:* Adam DEO charissimus in statu innocentiae: Ita Petrus Christo, de quo præclaram edidit confessionem, Matth. 16. v. 16.

2. *Ob lapsus prævisionem:* prævidit Adami lapsum Deus, ideoque filium prædestinatum, Rom. 1. v. 2. prævisum, 1. Petr. 1. v. 20. mittere decrevit: sic Petri lapsum Christus, Marc. 14. v. 30.

3. *Ob lapsus causationem.* Adam à muliere seductus, 1. Tim. 2. v. 14. Sic Petrus ab ancilla.

4. *Ob lapsus quantitatem.* Tria potissimum peccata

ta involvit lapsus Adami; Gulam, superbiam, inobedientiam: sic Petri trina abnegatio.

5. *Ob conversionis paritatem.* Ambulantem animadvertit Deum in Paradiso, vocem audivit. Adam, ubi es; Receptus in gratiam est: Ita & Petrus.

### CHRISTUS IN JUDICIO INVICTUS, & in domo Caiphæ.

759. 1. *Malefici non potuerunt stare coram Mose,* Exod. 9. v. 11. Tales Judæi fuerunt, verè malefici, harioli inobedientiam, 1. Sam. 15. v. 23. qui falsis accusationibus suis contra Christum stare non potuerunt. *Imago quoque impiorum est* in extremo Judicio, coram Mose eos accusaturo, Johan. 5. v. 45. stare non valentium, Psal. 1. v. 5.

2. *In domum Caipha abductus Christus, sicut arca in templum Dagonis,* 1. Sam. 5. v. 4. quem prostravit: Ita Christus pastorum illorum idola planè responsis suis confudit, de quibus Zach. 11. v. 17. *O pastor & idolum!* Tunc verè stetit DEUS in synagoga DEORUM, Psal. 82. v. 1.

### CHRISTUS TACENS IN passione.

760. Job. 31. v. 34. *Tacui Job ad despectionem propinquorum.* Propinqui Christi, Judæi fuerunt carnis illa propinquitate, Rom. 9. v. 5. ad quorum irrisiones tacuit Christus, velut *ovis ad mactationem,* Esa. 53. v. 7. 1. Petr. 2. v. 23. patientissimus fuit.

### CHRISTUS PILATO A JU- dæis traditus.

761. *Siphai Davidem Sauli tradere volebant,* Psal. 54. v. 1. 2. Confer. 1. Sam. 23. v. 19. c. 26. 1. Tales Siphai erant *Judæi,* qui Christum in manus Pilati tradere voluerunt, ut occideretur. Confer. Jud. 15. v. 12. 13. Simson  
operâ

operâ Judæorum in Philistinorum traditus manus. Ita  
Christus: Hic verè Simson,

1. *Nomine*. Virum solis hoc significat, Christus ipse  
Sol est, Malach. 4. v. 2.

2. *Dominatione & munere*. Judex erat & Domi-  
nus in Israel: Christus est Dominus dominationum  
& Rex regum, Apoc. 17. v. 14. à Deo factus, Actor. 2.  
v. 36. in judicio omnibus declarandus: Actor. 17. v. 31.  
ut judex universæ terræ, Gen. 18. v. 25.

3. *Solâ ligatione*. Judæi Simsonem tantùm liga-  
runt: ligatum in manus tradiderunt Philistinorum:  
Ita quoque Judæi, (quod comparationis hujus ca-  
put præcipuum est;) Christum solùm ligare potue-  
runt: lapidibus obruere, aut de monte præcipitem  
agere, ut aliàs ab iisdem tentatum, Luc. 4. v. 29. Joh. 8.  
v. 59. minime potuerunt.

4. *Vinculorum quantitate*. Duobus novis funibus  
ligatus Simson est: Christus duobus funibus pro no-  
bis ligatus est.

1. *Obedientia* filialis Philip. 2. v. 8. 2. *Amoris* Joh. 15.  
v. 13.

5. *Philistinorum* ob captum Simsonem gaudio:  
Idem Judæorum fait de Christo. Adi milites in præ-  
torio, *Divina nobis Christe, quis sit, qui te percussit!* in-  
geminantes, Matth. 26. v. 68.

6. *Solemni victoriâ & triumphô*: de hoc agetur in-  
fra articulo de statu exaltationis. 1701

### CHRISTUS VESTIBUS PRO nobis spoliatus.

762. *Vestimenta Jacobi fragrantem odorem spirarunt*,  
Gen. 27. v. 27. Christi vestimenta exuta odorem fra-  
grantiæ spirarunt Deo patri, cui se filius exinanivit,  
Ph. 2. v. 8. & obtulit in odorem *bonæ fragrantia*, Eph. 5.

V. 24

v.2. Nobis spargunt odorem solatii contra spiritualem nuditatem peccati.

### IN PRÆTORIO VESTIBUS

exutus.

763. *Iosephum vestibus exuerunt fratres*, Gen. 37. v.23. Sic Christus nostri causâ vestibus spoliatus est, ut nos indueret vestibus iustitiæ & salutis, Esa. 61. v.10. & ne nudi ambulemus, Apoc.16. v.15. qui nuditate & confusione pleni eramus Ezech.16. v.7.

### VESTIS CHRISTI PURPUREA

Marc.15.v.17. significat

764. 1. *Regiam maiestatem*. Purpura enim olim regum erat, Cant.7.v.5. quod Dominus Dominorum sit & rex regum, Apocal.19.v.16. *Daniel purpura induebatur*, exitium regi prædicens, Dan.5.v.29. Ita Christus genti Judaicæ prædicens excidium in passione, purpurâ ornatus est.

2. *Mysticam significationem*. Salomon fecit sibi lecticam, cuius sedes purpurea fuit, Cant.3.v.10. Christi vestis purpurea vere est sedes animæ purpurea, in qua placide quiescit, quia talibus indumentis indui voluit Salvator, ob nostram nuditatem: Exui iisdem ob peccati gravitatem, quod nos omni exuit iustitiâ: Hâc est Christus exutus, factus pro nobis peccatum, 2. cor. 5, 21

3. *De vermiculo Purpura*; concha purpura, nisi uno lapidis ictu percutiatur ad necem, non dat colorem aptum tingendis vestibus; Ita Christum mori oportuit, ut suo sanguine nostras vestes tingeret, Apoc.7. v.14. in suam gloriam intraret, Luc.24.v.26. Et nos cum illo, Joh.17.v.24. Eph.2.v.6.

4. *Concha purpura* in nassam sponte se ingerit, capitur: Sic Christus sponte passus, Joh.10.v.18. Psal.40. v.9. captus est, ut nos redimeret.

5. Pur-

5. Purpura simulac moritur, succum illum vestibus tingendis aptum præbet: Ita Christus in morte sua omnia nobis communicavit: succum illum, quo tingimur, lavamurque, 1. Joh. 1. v. 7.

### CHRISTUS VESTIBUS INDU- tus in Passione.

765. Zach. 3. v. 3. *Iosua Sacerdos immundis vestibus indutus erat.* Christus verus Josua & Sacerdos noster, peccatorum nostrorum mole gravatus, vere impuris vestibus indutus fuit. Coccinea enim vestis, quam ipse induit, Matth. 27. v. 29. magnitudinem peccatorum nostrorum designat, quæ sunt sicut coccinum, Esa. 1. v. 18. At sanguine Christi lota, quem lana coccinea & hyssopus, Hebr. 9. v. 19. adumbrarunt, nive candidiora fecit, Psal, 51. v. 9.

*Alba vestis* significat:

1. Christi innocentiam, Esa. 53. v. 9.
2. Majestatem regiam, Apoc. 17. v. 14.
3. Castitatem summam: quam notat albus color.
4. Immoralitatis gloriam, Act. 1. v. 10. Apoc. 7. v. 9.

Has vestes Judæi in Christo, sicut Michal in Davide, ludificati sunt, 2. Sam. 6. v. 16.

### BARRABAS DIMISSUS,

Christus occisus.

766. Levit. 16. v. 20. *Duorum hircorum alter in desertum dimittebatur liber, alter occidebatur.* Liber hircus Barrabas erat, à Judæis dimissus in desertum, remissus feris infernalibus, cumque sine dubio in æternum exitum præcipitarunt. Hircus occisus autem Christum præfiguratur.

Verè tunc impletum vatis oraculum, Jer. 12. v. 3.  
*Hæc editas mea facta est mihi, sicut leo in sylva.*

1. Ha.

1. *Hæreditas* Judæi erant, Deut. 9. v. 26. 1. Reg. 8. v. 51. Jerem. 10. v. 16.

2. *Factæ* est hæc sicut Leo in sylva.

1. *Interna animi savitia*, & cupiditate sanguinolenta, Psal. 17. v. 12.

2. *Rugitu*: Hinc voces illæ: *Crucifige, crucifige.*

3. *Crudeli laceratione*. Ita Christus in cruce laceratus, Psal. 22. v. 14.

### CHRISTI CORONA SPINEA

significat

767. 1. *Regni Christi* in hac terra *humilitatem*, Luc. 12. v. 32.

2. *Regiam majestatem*, cujus corona index. Apoc. 19. v. 12.

3. *Nostrum à peccatorum spinis & aculeo mortis defensionem*; ideo spineam coronam gessit, quia de peccato & morte triumphum egit, 1. Cor. 15. v. 55.

4. *Nostrarum miseriarum* in gloriam *conversionem & commutationem*: Per tribulationes regnum Dei ingredimur, Act. 14. v. 22. Joh. 16. v. 20. *Mærorum in gaudium convertetur*. Qui hac in vita crucis portat spinas, in altera accipiet vita gloriæ coronas. Si patimur, conglorificamur, Rom. 8. v. 17. 18. 2. Cor. 4. v. 17. 2. Tim. 2. v. 12. *Tene ergo, quod habes*, ne alius, *ni recte pugnes* 2. Tim. 2. v. 5. tuam coronam accipiat, Apoc. 3. v. 11.

5. *Arietis*, quem Abraham vidit, *præfigurationem completam*, Gen. 22. v. 13. *Noster aries* hælit inter *vespres peccatorum* angorumque variorum: Nos liberi dimissi, ut Isaac, in Isaac vero; cujus merito liberatis nobis risum lætitiæ spiritualis Deus paravit, Luc. 2. v. 10.

6. *Veteres coronabant victimas*, Plinius lib. 16. cap. 4. No-

Nostri victima coronanda fuit coronâ spineâ, ut stultam peccatorum nostrorum viam lucret, Prov. 15. v. 19.

7. *Nostri coronationem*, Psal. 103. v. 4. ut nos gratiâ & misericordia coronemur, Christus immisericordi coronâ spineâ coronatus est.

## ARUNDO.

768. 1. *Christi regnum abjectum*, vile & contemptum in mundo significat, Luc. 12. v. 32.

2. *Christi mansuetudinem*, non abjectis fragiles & infirmos in fide, Esa. 42. v. 3.

## DUORUM LATRONUM

unus receptus.

769. *Pistorum princeps & pincernarum dux cum Iosepho in carcere fuerint*, Gen. 40. v. 21. 22. *Ille reiectus, ad supplicium raptus est, hic vero in gratiam rediit cum rege*: Ita cum Christo duo malefici fuerunt in carcere crucis, quorum alter ad æternum supplicium per æternum raptus, alter in regnum cœlestis cum Christo ingressus est.

## CHRISTUS AD CRUCEM

eductus.

770. *Jonas è navi projectus in mare est, ut fluctus maris cessarent*: Jon. 1. v. 15. Christus vere est talis Jonas,

1. *Nomine*. Jona columbam significat: Christus vere est columba simplicitate & mansuetudine, Matth. 11. v. 29.

2. *Mare hoc est iræ divinæ*, in quod Christus projectus, continuò cessavit & ecclesiæ navis liberata est, quæ aliàs absorpta Act. 20. v. 28. *sanguine suo redemit ecclesiam*. In hoc mari iræ divinæ jactabatur in passione Christus, planè in idem dejectus est, quando in crucem actus, persensit fluctus illos; unde exclamat, *Deus meus!* Ps. 22. v. 2.

3. *Mare*



3. *Mare hoc est peccatorum* nostrorum & æterni exitii, in quod præceptus actus Christus emerfit suo tempore.

4. *Mare Judaicæ Tyrannidos, Crucifige, crucifige!* clamantis.

5. *Mare tentationum*, quas sensit in mortis angribus, cum in horto, tum in cruce.

**SUAM IPSIUS CRUCEM PORTAVIT**

Christus.

771. *Ligna, quibus concremandæ hostia erat ipse Isaacus hostia portavit*, Gen. 22. v. 6. Ita Christus crucis suæ lignum, in quo ipse offerendus, portavit. Abelis eductio ad mortem huc quadrat, Gen. 4. v. 8.

**CHRISTUS EXTRA JERUSA-**

lem passus.

772. *Filium patris familias agricola extra vineam occiderunt*, Matth. 21. v. 39. Filius ille Christus est, quem Judæi extra Jerusalem, ad patibulum tractum, confoderunt.

**CHRISTUS PASSUS EXTRA**

urbem.

773. Num. 19. v. 3. *Vacca rufa extra castra educebatur*, Lev. 4. v. 12. *Carnes extra castra concremabantur*, Ita Christus extra urbem Hierosolymas, pro nobis passus est, & ut nos leproso peccato visitaret, extra urbem sanctam pati voluit, ne nos è cœlestibus Hierosolymis proscriberemur. Liberati mundum contemnamus, 1. Joh. 2. v. 15. quia nostram contumeliam ipse Dominus luit, cogitemusque veram mansionem in cœlis esse, Heb. 13. v. 13. & 14.

**CHRISTUS IN LOCO CAL-**

variæ passus est.

774. *Adamus primus peccatum in loco fragrantissimo,*

mo, Gen. 2. v. 9. *commisit*: Adamus secundus in loco maximè fœtido pœnam perfolvit, Calvariz scilicet, ut peccatorum nostrorum fœtorem lueret.

## CHRISTUS PASSUS IN MONTE

## Calvariz.

775. *Elisæus irrisus est à pueris, quos urse devoraverunt, calvusq; dictus*, 2. Reg. 2. v. 23. 24. Ita Christus, verus Elisa, hoc est, agnus Dei, illusus est à pueris malitiæ, non ætatis, Ephes. 4. v. 14. Esa. 65. v. 20. pendens in loco Calvariz, Esa. 53. v. 4. *calvusq; dictus*, cum omni ope destitutus esse videretur. His autem pueris Deus urlus factus est, Amos 5. v. 19. *Elisa convertens se maledixit pueris: Christus oculos gratiæ avertens, urfos Romanos accersivit.*

## CHRISTUS IN CRUCE.

776. *Palmitem cum uva*, Num. 13. v. 24. *exploratores attulerunt*. Crucis lignum talis palmes fuit, in quo Christus vera uva hæsit, ex qua sanguis effluxit, qui nos ut vinum lætificat, peccati sordes abstergens. 1. Joh. 1. v. 7. Hebr. 9. v. 14. Isaac oblatus ab Abrahamo, fimilem gerit typum.

778. *Aaron inter vivos mortuosq; stetit, thura Deo adolens*, Num. 16. v. 48. Ejusmodi sacerdos Christus fuit, qui in cruce pendens, jamque animam agens, inter vivos corporaliter & mortuos spiritualiter stetit; non enim fugit passionem, sed velut ovis stetit, lanios Judæos expectavit, Matth. 26. v. 20. Sed quæ thura adolevit patri? *Obedientia*, Philip. 2. v. 8. *precationis seriæ*, Heb. 5. v. 7. *largissima veniæ*, *Pater dimitte illis*, Summa: *Septem verba Christi thus verum fuerunt.*

## CRUX CHRISTI.

779. *Est arbor in medio terra, quam vidit Nabuchodonosor*, Dan. 4. v. 7. 8.

Bb

I. Alia

1. *Alta* Dei amore, qui patet in passione filii Dei, Rom. 5. v. 8. Joh. 3. v. 16.

2. *Lata* misericordiae universalitate, Joh. 3. v. 16.

3. *Pulchra* brachiorum Christi extensione. Extendit brachia Dominus in cruce, hoc pulchrum: sed & vocem intendit, clamans: *Venite ad me omnes*, Matth. 11. v. 28. hoc magnè pulchrum.

4. *Fructifera* meriti magnitudine. Est enim hoc meritum universale, cujus fructus ad omnes pertinent, 2. Cor. 5. v. 14. 15. ut omnes hos fructus gustarent, ipse mortem pro omnibus gustavit, Hebr. 2. v. 9. in arbore crucis extensus.

5. *Umbrosa* solatii efficacitate. Umbra enim reficit, fessos cursu, viâ: *Quamvis* strenuè curras, nil efficit, Rom. 9. v. 16. Umbram solatii sub cruce Christi capta, velut arbore felicissima, contra mortis umbras, Psal. 23. v. 4.

6. *Non invidiosa*. Omnes enim volucres, de quibus Psal. 11. v. 1. sub hac arbore latere possunt. Ne dubitarent homines, brachia extendit in crucis arbore filius Dei & hominis, omnes ad se vocans homines, Matth. 11. v. 28.

### CRUX CHRISTI

780. 1. *Est virga* Moïsi, qua mare aperuit, & de Pharaone triumphavit, Exod. 14. v. 16. Crux Domini aperuit mare iudicii divini, liberum nobis transitum fecit, Zach. 9. v. 11. & de infernali Pharaone Col. 2. v. 15. triumphavit.

781. 2. *Scala Jacobi*, per quam cælum conscendimus. Hanc ille vidit in somno, Genes. 28. v. 12. Nos scalam illam cælestis Jacobi liquidò videmus in crucis patibulo, quando somnum mortis cepit Dominus. Per hanc crucis scalam ascendimus in cælum, quando

verâ

verâ fide longitudinem, latitudinem, altitudinem & profunditatem & patris dantis, Joh. 3. v. 16. & filii fe offerentis, Eph 5. v. 2. & Spiritus S. Heb. 9. v. 14. charitatis verâ nobis fide applicamus.

782. 3. *Lignum, quò Elisæus ferrum aquis eduxit*, 2. Reg. 6. v. 6. Ut ferrum in aquas damnationis incidamus, inopes eramus consilii, ut Prophetarum filii, d. l. vers. 5. sed accessit cœlestis Elisa, & crucis suæ lignum aquis damnationis, Gal. 3. v. 3. inferens, nos extrahit.

783. 4. *Altare*, verum sacrificium est oblatum. Multa habebant altaria in Levit.  $\Delta$ erum autem altare crux Domini fuit, in qua

1. *Hostia* Christus.
2. *Ignis* ira patris.
3. *Maclatores* Judæi & milites.

784. 5. *Est lectus, in quo magnus Propheta puerum resuscitavit*, 2. Reg. 4. v. 32. seqq. Nos omnes eramus mortui in lecto: lectus ille lignum vetitæ arboris fuit. Conscendit ergò Christus lectum crucis, nosque moriendo vivificavit, Eph. 2. v. 1. 5. 2. Tim. I. v. 10.

785. 6. *Statera*, in qua Deus peccata hominum & Christi meritum ponderat, præponderat meritum Christi, & remittitur peccatum, Zach. 2. v. 11.

786. 7. *Charitatis divina*, ejus longitudinis, latitudinis, altitudinis, profunditatis, Ephes. 3. v. 18. *mensura*.

787. 8. *Mensa*, in qua benedicimur à Josepho nostro; cujus ille Joseph typus, *qui manus suas in modum crucis redegit*, Ephraimo à sinistris consistens, Manasse à dextris: *huic levam, illi dextram imposuit manum*, Gen. 48. v. 14.

788. 9. *Cruce est uterque postis sanguine agni conspergendus*, Exod. 12. v. 7. Ita crucis postes immaculato sanguine suo agnus mundi consperfit, Joh. 1. v. 29. 1. Pet. 1. v. 19.

### CHRISTUS UT MALEDICTUM suspensus.

789. Num. 21. v. 8. *Serpens eneus, serpentis quidem formam habebat, non venenum*, quod potius tollebat: Ita Christus, ut maledictus pendit in cruce, non tamen maledictus suâ culpâ, sed nostram tollens, Esa. 53. v. 5, 6. Serpens ergo ille Christi ipsius collatione, Joh. 3. v. 14.

1. *Ob occasionem*, quæ fuit clades Israëlitis ob peccatum inflicta: Ita Christi in cruce exaltandi causa nostra peccata, Esa. 53. v. 12. Luc. 22. v. 37.

2. *In ligno suspendebatur serpens iste*: Sic Christus in ligno portavit peccata nostra, 1. Pet. 2. v. 24.

3. *Mortuo serpente sanabantur Israëlita*, à morte liberabantur: Ita nos morte Christi, 1. Cor. 15. vers. 55. 2. Tim. 1. v. 10.

4. *Omnibus quidem propositus erat serpens*: sed ii tantum sanabantur, qui fidei oculis intuebantur: Ita mors Christi propitiatorium est propositum omnibus; solis tamen prodest credentibus, Rom. 3. v. 25.

### CHRISTUS PENDENS in cruce.

794. *Arietem inter vepres pendentem obtulit Abrahamus*, Gen. 22. v. 12. Deus pater est verus pater, Eph. 3. vers. 15. excelsus super omnes gentes, super omnes deos. Ille obtulit filium suum unigenitum, Joh. 3. v. 16. in odorem bonæ fragrantia, Eph. 5. v. 2. Filius ille verè aries est, præfiguratus Levit. 5. v. 15. c. 6. v. 6. Num. 6. v. 14. pependit & ille cornibus inter vepres, iisque implici-

plicitus. Notatur *primo*, quo pacto potentiam divi-  
nam occultari voluerit tempore passionis, Phil.2. v.6.  
*Cornua enim potentiam significant.*

2. *Vepres* verò vel sentes sunt peccata nostra, quia  
*infrugifera* sunt, Rom. 6. v. 21. quia *injussa crescunt*,  
Rom. 7. v.17. seq. quia *conscientiam implicans* & pun-  
gunt ut spinæ, Ezech.28.v.24. *Hinc spineam* coronam  
gestavit Dominus, Johan.19.v.5. quando peccatorum  
nostrorum sentes tulit, aculeum legis & mortis, 1. Co-  
rinth.15. quia igni plectuntur, in ligno portavit, 1. Pet.  
2. v.24. Jer.4.v.4. ut spinæ igni comburuntur, Esa.10.  
vers.17.

## IN CRUCE CHRISTUS

nudus.

795. *Adam in paradiso se nudum esse animadvertit*,  
*post commissum peccatum*, Gen.3.v.7. Adamus secun-  
dus nudus pependit in cruce, ut nostram nuditatem  
Apoc.3.v.18. lueret, & solveret quod non abstulerat,  
& averteret gladium iræ Dei, quem post prævarican-  
tes nudare solet, Ezech.5. v.2.

## CHRISTUS FLENS

in cruce.

796. *Joseph notum se faciens fratribus vocem eleva-  
vit, flevitq.*, Gen.45.v.2. Ita Christus in cruce notam  
volens reddere *miseri cordiæ suæ magnitudinem*, fletu  
& lachrymis preces Deo obtulit, Heb. 5. v.7. ut ne de  
fratris amore dubitaremus.

## CHRISTI CLAMOR

in cruce.

797. *Struthionis socium se Jobus appellat*, Job. 30.  
v. 29. Ita Christus ob summum passionis dolorem so-  
cius struthionum factus, quando velut pulli struthio-  
num, à patre derelictus videbatur, Psal.22. v.2. Socius

Bb 3

quo-

quoque struthionum, qui, posthabito neglectoque omni periculo præsentissimæ se morti objicit: de quo Ælianus lib. de propriet. animal. 14. c. 7. *Venator, cum ovis incubantem animadverterit struthionem,* nidoque evolantem pastûs pullis conquirendi gratiâ, peracuta hastilia è ferro penes nidum defigit, etiam resplendescencia. At struthio ad suos pullos revertens, & mucrones ferreos animadvertens: tamen perniciousis alis, velut secundis velis, nidum reperit, in apertum ferrum ruit. Accedens ergò venator struthionem cum pullis capit. Intimæ dilectionis Christi imago:

1. *Venator* Satanas fuit, ut aliàs sæpiùs; vidit ille Christum suorum maximam agere curam, qualis solet esse gallinæ ovis incubantis, Matth. 23. v. 37. *Congregare te volui.*

2. Christus venit in carne, ut suis cibum ministraret spiritualem, Joh. 4. v. 14.

3. Nidum & tabernaculum inter Judæos sibi Christus, Joh. 1. v. 34. *Habitavit inter nos.*

4. Penes hunc nidum cœlestis struthionis nostri, infernalis venator *hastilia* posuit, quæ *furor* Judæorum *acuit*; Pilatus cum militibus *defixit*, in monte Calvariæ.

5. Non *ignorabat* hoc Christus: sed vel quinque prædixerat discipulis, *hastilia* passionis suæ *splendescere* videbat, apparatus cernebat.

6. Ille contra nil mortem & pericula moratus, morti & periculis præsentissimis se subjicit; ad tempus capitur, sed victor redivivus refurgit, 1. Cor. 15. vers. 55.

7. Refert de eodem struthione Ælianus, cum lapides

pides decoquere. Peccata nostra sunt lapides gravissimi, hæc Christus decoxit, abstulitque.

8. Munit nidum suum struthio aggere maximo, ne pluvia pullis nocere possit: Christus suos præsidio munit fortissimo, muro cingit igneo, Zach. 2. v. 5. ne imber persecutionum iis nocere possit: quia in petra ædificati sunt, Matth. 7. v. 25. Psal. 32. v. 6.

9. Struthio lapides demittere dicitur in venatores. Christus Ecclesiæ tutor & defensor lapides in venatores projicit, cum tyrannos punit, Ecclesiam persequentes. *Exemplum simile est*, Jos. 10.

## CHRISTUS IRA DEI

pressus.

798. *Manus offerentis super arietis ponebatur caput*, Exod. 29. v. 10. Deus pater est, offerens iste filium proprium & unigenitum, Joh. 3. v. 16. *Manum* autem suam ei imposuit, hoc est, iram, unde inclinato capite, tanta mole nostrorum peccatorum & iræ Dei pressus, in cruce hæsit. Horrendum est in manus Dei viventis incidere! Hanc manum Christus tulit, ne ea nos premeret, de qua David conqueritur Psalm. 32. v. 4.

## CHRISTO FACTA

exprobratio.

799. *Fratres Josephi mutuo loquuti sunt: Ecce somniator venit! mittamus eum in cisternam aliquam, dicemusque: pessima bestia devoravit eum; & tunc apparebit, quid illi profint somnia sua*, Gen. 37. vers. 19. 20. Ita Judæi Christum sæpius somniatorem & vaniloquum esse temerè judicarunt: quem etiam in crucem actum convitiis ejusmodi prosciderunt: *Descende de cruce: An sic destruis templum?*

Bb 4

Vc-



Verum ut somnii Josephi veritatem exitus ipse comprobavit: Ita Christus similiter potentissimè resurgendo ex mortuis convicia omnia Judæorum diluit.

### CHRISTUS ILLUSUS

in cruce.

800. *Cham patrem ebrium ludificatus, maledictus est, Gen. 9. v. 25.* Tales Judæi fuerunt, qui Christum calice furoris Domini (pro nobis) ebrium irridentes, maledictionem consequentur, ni respiciant, Rom. 11. v. 25. seq.

### ILLUSUS CHRISTUS.

801. *Simei, 2. Sam. 16. v. 7. David in exilium pulsus à degenero filio Absolomo, contumelia insuper à Simei affectus est, & vir Belial vocatus:* sic Christus in crucem actus, & in pulverem mortis positus, convitiis proscissus est, Luc. 23. v. 35. à Judæis, canibus mortuis spiritualiter, cum hanc *Margaritam* ita pedibus conculcarent, verum Davidem abjicerent. Margarita illa Dominus est, verus David Christus est, Ezech. 34. vers. 23.

802. *Ismael ludificatus est fratrem Isaacum, eumque persequutus, Gal. 4. v. 29. Gen. 21. v. 10.* Tales *Ismaelita* Judæi erant, qui Christum ludificati sunt variis modis, in passione, eumque persequuti sunt, quique veri Abrahami filii dici volebant, cum Abrahami tamen opera non facerent, Joh. 8. v. 40.

### CHRISTUS CLAMANS.

803. *Psal. 69. v. 4. Rauca sunt factæ fauces meæ. Verissime dictum de Christo in cruce pendente, cum inclamaret patrem; Deus meus, cur me dereliquisti?* Psal. 22. v. 2. cum discipulos: *Vigilate: cum judicem, accusatores; innocentiam contestando. Rauca autem Christi*

Christi vox facta est, deficientibus & exhaustis jam viribus, & ad tempus *viso infernali lupo*, quando mortem æternam in cruce passus; sicut eorum vox, qui lupum vident, raucefcere dicitur.

### CHRISTUS ORANS PRO Crucifixoribus.

804. Num. 12. v. 13. *Moses pro sorore rebelli & leprosa oravit, dicens: O Domine sana eam.* Ita Christus pro sororibus & fratribus suis rebellibus & leprosis spiritualibus Judæis, Patri suppliciter factus est in cruce, quando oravit: *Pater ignosce illis, nesciunt enim quid faciunt.* Hæc Christi precatio efficax fuit multorum curatio & mundatio, sicut patet in centurione, Dominum custodiente, Luc. 23. v. 47.

### CHRISTUS IN CRUCE remittens.

805. *Joseph noxam fratribus remisit.* Gen. 45. v. 4. 5. sic Christus in cruce crucifixoribus ignovit.

### CHRISTO PATIENTE DEITAS quievit.

806. *Simsoni cum crines raderentur, quievit ipsius virtus,* Jud. 19. v. 16. Ita cum Christi caput in passione coronâ spineâ raderetur, quievit potentia ejus, quâ se exiit Philip. 2. v. 7. Scilicet Christus similis carbunculo, de quo Plin. lib. 37. c. 7. asserit, quod ignem non sentiat: Ita nec Deitas in se passa est; sed tamen in assumpta carne, Act. 20. v. 28. verè passa; Deus enim est, qui suam redemit ecclesiam.

### CHRISTI VULNERA

807. *Sunt Noachi fenestra,* per quam animalia in arcam intrabant, Gen. 6. v. 16. Ita per Christi vulnera in ecclesiam intramus, & ne aquis diluvii pereamus, præservamur. Per eadem Christi vulnera in eccle-

Bb 5 siam

siam triumphantem intrabimus , ingruente iudicii  
universalis illius diluvis.

### VULNERA CHRISTI SANANT.

808. Esa.38.v.31. *Iussit Esaias, ut tollerent massam  
de ficis, & cataplasmaerent super ulcus Hiskia & sana-  
retur.* Quod signum Ezechiaë fuit, fore ut vita ipsi  
prolongaretur, inque domum Domini ascensurus  
esset: Esaias significat salutem Dei, quæ Christus est:  
Actor.4. vers. 12. salutare Dei, Luc.3. vers.30. Actor.  
28. v.28. Hic jubet nos tollere massam de ficis, qui-  
bus sanamur, Esa.53.v.6. quod si facimus, vera fide,  
spirituali vita donabimur & satiabimur in domo pa-  
tris.

### VULNERA CHRISTI SUNT CAVERNÆ & foramina petrarum.

809. Cantic.2.v.14. *Columba mea in foraminibus  
petra & in caverna maceria.* Foramina hæc petraë  
sunt Christi vulnera. ( hic est vera petra, 1. Cor.10.  
v.4.)

1. *Ob pavescantium præsidium:* Conf. 1. Sam.14.  
v.11. Esa.2. v.21. Hebr.11. v.38. Christi vulnera præ-  
bent præsidium, Joh.14.v.1. *Ne turbetur cor vestrum.*  
Benè D. Bernhard. Turbabor, sed non perturbabor,  
quia vulnerum Christi recordabor ! Quæ ergo in  
his foraminibus sunt columbæ, non trepidabunt,  
sed immunes erunt ab omni damnatione, Rom.8.  
v.1.

4. *Ob fructificantium hospitium:* In cavernis ni-  
dificant aves, mellificant apes: Ita in vulneribus Chri-  
sti absconduntur, qui in iisdem nidificant, fru-  
ctum ferunt & mellificant, Johan.15. vers.2.3.4.5.  
seq.

VUL-

## VULNERA CHRISTI SUNT

quinq; flumina, Gen.2. v.10.

810. Ecclesiz paradysum irrigantia, rivis

1. Misericordiz, Rom.5. scaturit enim ex Christi vulneribus fons inexhaustz misericordiz DEI, flagellantis pro servo filium, pro inimicissimo dilectissimum, Rom.5.v.8.

2. Sapientiz, 1.Cor.1.v.30. quando medicus per vulnus proprium invenit generi humano remedium.

3. Gratiæ, Joh.1.v.17. Ex Christi namque gratia gratiam fugimus, ore fidei, & ore corporis in Sanctissimo Synaxeos epulo.

4. Charitatis, Joh.15.v.13. Ubi enim est medicus, qui pro salute ægroti sustineat vulnerari, nisi hic noster Jesus, benedictus in secula.

5. Solatii & lætitiæ, Luc.2.v.10. Vulneribus enim suis Christus omnia tristitiæ nostræ vulnera sanavit.

Hi fontes monstrantur à ministris verbi divini.

## CHRISTUS VULNERATUS.

811. Propitiatorium aspergebatur coram Domino de sanguine juventa: Levitic.16.v.14. Hebr.9.v.13. Christus verum propitiatorium suo ipsius sanguine conspersus est, non vitalorum, Hebr.9.v.13. in circumcissione, sudore passionis, flagellatione, crucifixione, ut nos mundaret, lavaret, Apoc.1.v.5. aspergeret, 1.Petr.1.v.2. Hebr.9.v.19. Apoc.19.v.13.

## SANGUINIS CHRISTI TYPI.

812. Sanguis Abel, Genes.4.v.10. Melius clamat sanguis Christi, Hebr.12. v.24. qui vere Abel innocentissimus, Joh.8. v.46. Abel despectissimus: Esa.53.v.2.3.

813.

813. 2. *Sanguis hœdi*, in quo tineta vestis Josephi Gen. 37. v. 31. Christus in se Josephus innocentissimus, peccatum non fecerat, Esa. 53. v. 9. & tamen ejus vestis in sanguine hœdi, hoc est, omnium nostrum peccatis conspurcata & tineta est.

814. 3. *Sanguis postium*, Exod. 12. v. 13. cujus beneficio immunes ab angelo cædis Israelitæ præstabatur: Ita & nos Christi sanguis servat, ne Sathan, latro ille Joh. 8. v. 44. in nos irruat, ne lex nobis noceat.

815. 4. *Sanguis offerendus non cum fermento*, Exod. 23. v. 18. Sine omni malitiæ fermento Christi fuit sanguis, sine omni odii fermento.

816. 5. *Sanguis testamenti*, Exod. 24. v. 8. quo populus aspergendus erat. Verè Christi sanguis nos aspergit, emundatque ab omni peccato, 1. Joh. 1. v. 7. Sanguis Testamenti melioris, Hebr. 9. per tot.

817. 6. *Sanguis cornua altaris tingens*, Exod. 29. v. 12. Crux erat altare Christi: illius cornua omnia tinxit Domini sanguis, superiorem partem capite cruentato; duo latera, duabus manibus; inferiorem partem crucis pedibus, clavorum acie transfixis: Imo totum crucis suæ altare (non ejus duntaxat partes) innocentissimo suo sanguine Dominus noster Jesus mellitissimus cruentavit.

818. 7. *Sanguis vituli*, Levit. 1. v. 5. confer. Lev. 4. v. 6.

819. 8. *Sanguis arietis*, quo sacerdotum auriculæ ungebantur, Levit. 8. v. 23. Christi sanguis non aures nostras solum, sed & corda nostra unxit.

820. 9. *Sanguis hostiæ pro peccato*, qui imbutam faciebat vestem, Levit. 6. v. 27. Ita Christi sanguis, quasi maledicti pro nobis, Gal. 3. v. 13. quasi immunus habitus est.

821. 10. *Sanguis* agniculi & turturis pro purificatione, Levit. 12. v. 6. Christus innocentia agnus, gemitu lachrymabili turtur in cruce exhibitus, clamans: *Deus meus, Deus meus, cur me dereliquisti?* Psal. 22. v. 2.

822. 11. *Sanguis* avis maciatae, Lev. 14. v. 6.

823. 12. *Sanguis* quo domus leprosa mundatur, Levit. 14. v. 51. Omnes nos domus leprosa Christi sanguine purificamur, tollente omnem peccati lepram, 1. Joh. 1. v. 7.

824. 13. *Sanguis* rubrae vaccæ Num. 19. v. 5.

825. 14. *Sanguis* quo sagittas suas inebriavit tempore passionis Christi, Deut. 32. v. 42. Atque ita mutò melius clamat Christi sanguis, nam clamat pro omnibus fidelibus, Abelis pro se solum. Sanguine Christi vestis ipsius humanitas scilicet verissimè tincta fuit: Sanguine Christi postes cordis nostri tinguntur; Idem oblatus est Deo patri non in fermento propriæ malitiæ, quâ caruit, sed azymo charitatis intimæ Joh. 15. v. 15. sanguis ille verus novi testamenti, Matth. 26. v. 28. cordis nostri verum altare tingens, aures nostras ungens ungento Spiritus Sancti, qui eas aperit, Act. 16. v. 14. Sanguis ille est leprosam domum cordis nostri purificans, Act. 15. v. 9. & Lev. 14. v. 51.

826. Est *funiculus* Rahab. Jos. 2. v. 18. Sanguis Domini verè est funiculus, nos ex inferni fovea extrahens, Zach. 9. v. 11.

**CHRISTUS SUO IPSIUS SANGUINE largiter conspersus.**

827. *Pallium suum in sanguine suo lavabit*: Gen. 49. v. 11. Pallium Christi vestes sunt ipsius: Uva vera est Christus ipse, destillans sanguinem salutiferum, in quo

quo vestes ipsius toties lotæ sunt; in circumcissione, toties flagellatus in passione. In horto, tantopere mole peccatorum gravatus. Ideò autem lavit Christus suas vestes, aut nostras sordes tolleret. Esa. 64. v. 6. lavaret Ezech. 16. v. 9. ne aut nudi ambularemus Apoc. 3. vers. 18. cap. 16. vers. 15. aut à nuptiarum rege ejiceremur, Matth. 22. v. 13. Christus moriens in cruce cum Adamo, Gen. 2. v. 21. convenit, dormiente, post somnum uxorem accipiente. Dormit in cruce Christus, & conjugem accepit spiritualemente sanctus ille sponsus, Ose. 2. v. 19. 20.

## GUTTÆ SANGUINIS

Christi.

828. Cant. 5. v. 2. *Vox sponsi est: plenum est caput meum rore & cincinnati mei guttis nocturnis.* Ros ille in capite sponsi nostri est sanguineus ros, quem corona spinea extorsit, qua ob peccatorum nostrorum spinas coronatus est. Insuper & cincinnati ejus pleni guttis nocturnis fuerunt quando sanguineum sudorem emisit noctu in horto.

## CHRISTUS INNOCENTER

passus.

829. *Barrabas Adamus primus fuit, Rom. 5. v. 12. Per unum hominem; hic dimissus, Christus supplicio affectus.*

## CHRISTUS ALAPAM

accepit.

830. 1. Reg. 22. v. 24. *Michaas à Zedekia percussus veritatem regi Ahab dicens: Ita Christus.*

## CHRISTUS MEDIUS INTER

latrones.

831. *Ut homo ille Hierosolymis Jerichunta profeta-*  
Eti-

*Eturus, in latrones incidit*, Luc. 10. v. 30. Christus in latrones activos & inter latrones passivos. *Activi* latrones Judæi fuerunt, occidentes Christum;

1. Affectu.
2. Dictis.
3. Factis. *Passivi* latrones duo illi, cum Christo in crucem acti.

## CHRISTUS FELLE

potatus.

832. Matth. 27. v. 34. *Fel* peccati amaritudinem notat, quæ cor inficit, amarulentumque reddit. Cor enim nostrum est radix illa germinans fel, Deut. 29. v. 18. cap. 32. v. 32. quod ut Christus lueret, felle potatus est, nos felle absinthioque potaremur æternæ damnationis.

## JUDÆI ACETO ET FELLE

Christum potant.

833. Hoc ipso indicant I. *Animi* fel & amarulentiam, quam expresserant Tragicis clamoribus illis: *Crucifige, crucifige.*

2. *Scripturarum negligentiam*: Salomon enim præcepit vinum dari supplicio afficiendis, Prov. 31. vers. 6. Istud præceptum sapientissimi viri aut nesciverunt, & sic arguitur *negligentia* in tractandis scripturis, aut sciverunt, & sic astruitur *amarulentia*.

3. *Degenerationem*, quomodo nimirum à Patriarchis, palmitibus jucundissimum vinum proferentibus degeneraverint, labruscas protulerint: Esa. 5. v. 4. & fel draconum, de quo Deut. 32. v. 33.

## DUO LATRONES IN CRUCE.

834. *Judaorum rejectionem alter, alter gentium rejectionem* notare potest.

TER-



## TERRÆ MOTUS TEMPORE

passionis.

835. Amos. 9. v. 1. *Dominus super altare stans percuti iussisse dicitur malogranatum, adeo, ut postes commoti sint. Deus pater filium offerens unigenitum super altari crucis stetit, inque ea malogranatum Christum percuti permisit, adeo, ut non solum crucis postes, sed & tota rerum machina, suis velut sedibus convulsa, interitum minari videretur. Indicat ergo terræ motus ille*

1. *Dei iram, à cuius facie terra trepidavit.*
2. *Christi majestatem, terram moventis.*
3. *Ipsarum creaturarum irrationalium horrorem, expavelcentium velut ob Domini sui Psal. 24. v. 1. mortem.*
4. *Christi pugnam descendens ad partes inferiores terræ, Ephes. 4. v. 9.*
5. *Evangelii propagationem, quo universa terra mota.*
6. *Legis terribilitatem, Exod. 19. v. 18.*
7. *Nostri liberationem: Ex spirituali enim Ægypto liberati colles exultaverunt Psal. 114. v. 4.*

## ECLIPSIS SOLIS TEMPORE

passionis Christi.

836. 1. *Illo tempore luna eclipsin passa non est; Sol defecit, ad indicandam vitæ eclipsin, quam sol justitiæ pateretur, ut novo lumine lunam Ecclesiam suam bearet.*

2. *Peccati gravitatem, quod sol justitiæ averfatur.*
3. *Mundum contemnendum esse, qui nobis crucifixus esse debet, Gal. 6. v. 14.*
4. *Judæorum cæcitatem notandam, quæ illos ob-*

obruere debebat, occidente hoc Sole salvificæ cognitionis jubare.

5. *Exod. 10. v. 22. Mose extendente manum in Ægypto, tenebra factæ* : Sic etiam Christo manus extendente in cruce, in spirituali illa Ægypto, tenebræ ingruerunt.

Idem præsignificatum *tempore Ezechia, Ela. 38. v. 8. Jos. 10. v. 13. Sol stetit, donec ultionem de hostibus sumeret Josua* : Cœlestis Josua, ut vindictam de hostibus sumeret, Solem stantem habuit, *tam celebris triumpho spectatorem.*

6. *Tyrannidis Judaica detestationem*: cœli obstupuerunt, quòd fontem vivum dereliquissent, *Jer. 2. v. 12.*

13. Dominum gloriæ in crucem egissent.

7. *Christi majestatem*, cui vel ipse æther, universusque exercitus militat.

8. *Ira divina & malorum gravitatem*, quâ Judæi mox opprimendi.

9. *Christi Solis justitia* ad tertium diem in sepulchro occultationem.

### MORTUO CHRISTO OMNES

hostes quieverunt.

837. *1. Reg. 22. v. 36. Rege Israel stante in curru suo, mortemq; fortiter appetente, Syrii à praelio abstinuerunt & domum reversi sunt* : Ita Christo mortuo omnes hostes quieverunt, quia omnes sublati sunt, *2. Tim. 1. v. 10.*

### APOSTOLORUM DE CHRISTI

morte opinio.

838. *Gen. 37. v. 33. Jacob putabat, Josephum à fera pessima devoratum esse* : Sic Apostoli Christum plane excisum esse arbitrabantur, *Luc. 24. v. 21.*

Cc

SE-

## SEPULTURA CHRISTI

&amp; Mors.

839. *Ruth notavit locum*, in quo dormivit Booz, Ruth. 3. v. 4. Booz noster Christus est, qui nos quoque ut Rutham Booz in sponsam spirituales elegit, Osee 2. v. 19. Notemus ergò memori mente & cordis fiducia locum, in quo dormivit pro nobis somnum mortis, hoc est, semper ejus passionem, mortemque meditemur, 2. Tim. 2. v. 8.

## CHRISTUS EST SEPULTUS.

840. Psa. 57. v. 1. *David à facie Saulis in speluncam se abdidit fugiens*, 1. Sam. 22. v. 1. *Christus verus David fugiens* velut à facie Saulis infernalis, in speluncam sepulchri se abdi passus est.

## CHRISTUS SEPULTUS.

841. *Leocubans erit Juda*, Gen. 49. v. 9. Christus verus leo est, de tribu Juda, Apoc. 5. v. 5. qui in sepulchro occubuit, sed protinus resurgens, victrici dextrâ hostes contrivit; leo enim ossa conterere assolet, Esa. 38. v. 13.

## SEPULTURA CHRISTI EST BENEFICIORUM IPSIUS SIGNACULUM.

842. Jerem. 32. v. 10. *Signaculum empti agri literis addidit, in spem certam, fore, ut Israelita reduces terram patriam occuparent*: Ita Christus in sepulchro signaculo ob signato, reponi voluit, ut ipse resurgens justitiamque restituens, Rom. 4. v. ult. nobis certam spem faceret, in cœlestem patriam redeundi, post resurrectionem, quando in hac vita velut exules & in peccatorum vinculis in mundi Babylone, velut captivi, oberamur.

SE-

obsignatum.

843. Dan. 6. v. 14. *Foveam, in quam conjectus Daniel suo ipsius sigillo Rex Darius obsignavit, ne quâ fraus committeretur*: Ita Judæi sepulchrum Christi obsignarunt, ne quâ fraus, quam sub erroris opinione finxerant, in Christi resurrectione committeretur.

PASSIONIS DOMINICÆ

quædam paralipomena.

PILATUS CHRISTUM JUDÆIS

ostendens.

844. *Ezechiel Propheta templum elegantissimum ostendit ecclesiæ Judaicæ: Ezech. 43. v. 10. seqq. Hic Pilatus longè augustius templum ostendit, ipsum Christum templum DEITATIS, Coloss. 2. v. 9. templum unicum salutis, ex quo aquæ vivæ ortæ sunt, Ezech. 47. v. 12.*

Christus verè fuit rubus ille Moli ostensus, Exod. 3. v. 2. à Pilato monstratus, quomodo in eo ignis furoris Judaici arsisset, Cantic. 3. v. 11. *Egredimini filia Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua in die desponsationis illius & letitia cordis ejus.*

1. *Filiæ Sion omnes pii, pertinentes ad spiritualesm Sionis ecclesiam.*

2. *Rex Salomon Christus est, verè pacem restituens, Ephes. 2. v. 14. coronatus coronâ spineâ à matre sua, hoc est, Synagoga Judaica.*

3. *Tempus additur; In die desponsationis, cum scilicet sanguine ille sponsus noster fieri vellet; & in die letitia cordis ejus: Dies passionis est & dies lætitiæ ob redemptionis completionem, cujus desiderio Christus inflammatus arsit, Psal. 40. v. 9. Luc. 12. v. 50.*

nec disuadentes iter passionis audiit, Matth. 16. v. 23. & tristitiæ, ob nostrorum dolorum susceptionem, Esa. 53. v. 5. 6.

### JUDÆORUM VOX IMPIA:

Sanguis ejus super nos! Matth. 27. vers. 25.

845. *Mare rubrum Ægyptios obruebat: Israelitæ transitum præbebat*, Exod. 14. v. 28. Ita in Christi sanguine suffocati Judæi, spernentes illum per incredulitatem, Rom. 11. v. 20. Act. 13. v. 46. Salvantur per eundem credentes Christiani, veri Israelitæ, Rom. 9. v. 6. In flumine sanguinis Christi invenit fidelis transitum: infidelis quisquis mortem & exitium.

846. Exod. 12. v. 23. *Videbo sanguinem & transibit plaga cædis*: Invertunt Judæi: Videat Deus sanguinem & veniat super nos plaga cædis, fugæ, dispersionis catholicæ. Omnia hæc mala Judæis contigerunt. Jos. 2. v. 18. Coccineus funis Rahabam salvabat: Christi vincula coccinea & sanguis Judæos condemnabunt. Videbunt enim, in quem pupugerint, Johan. 19. v. 37. Zach. 12. v. 10.

### JUDÆORUM VOX:

Non habemus Regem, nisi Cæsarem.

847. Judic. 9. v. 15. dixit rhamnus: Si non vultis me regem, egrediatur ignis de rhamno, & devoret cedros Libani. Talis rhamnus Christus fuit, cujus imperium detrectantes Judæi, ignem experti sunt ultricem, qui à Christo progressus. Esa. 8. v. 6. Aquas Siloë rejecerunt, Christum, leni agmine fluentem, amicum Judæos invitantem: Idèò Deus aquas furoris ipsi misit, v. 7.

Samuelem rejecerunt: & Saulem Regem petierunt: ut quondam Israelitæ fecerunt, 1. Sam. 8. v. 7. 8.

PILA.

## PILATUS CHRISTUM

dimisurus.

848. Dan. 6. v. 14. Darius Rex Danielem libenter dimisisset: Ita Pilatus Christum, nisi aura popularis & gratia Cæsaris obstitissent.

## CHRISTUS PORTANS CRUCEM

cum variis confertur.

849. Crucem portavit, ut

1. Imperator *hastam*, qua expugnet hostem crucem. Chirographum enim expugnatum est, Coloss. 2. v. 14. Verè Imperator fuit Christus:

1. Designatus à patre cœlesti, ut spirituali passionis suæ militiâ omnes hostes spirituales velut lacefferet, iisdem omnibus triumphatis, prostratis.

2. Optimus dux probatus, siquidem omnes rebelles & hostes fudit. Hinc Apostoli insultans 1. Cor. 15. v. 55. vox.

2. Princeps *insigne* suum gestans. Esa. 9. v. 6. *Principatus super humeros ejus* Christi insigne crux est. Eadem *crucis* manent omnibus insignia, sive crucis lignum sit externum, quale fuit martyribus, sive lignum crucis externum simul & internum, quale fuit Apostolus, 2. Cor. 12. v. 7.

3. Rex *sceptrum*; ut Ahasverus. Christi sceptrum crux est.

1. *Ratione subjectionis*: Crucis enim sceptro omnes subjiciuntur, 2. Tim. 3. v. 12. teste Apostolo: & Christo, Matth. 10. v. 38.

2. *Regiminis*: Sceptro rex gubernat, ejusque beneficio nutus sui indicia facit: Ita si tibi Christus crucis suæ sceptrum porrigat, illud in te vibret, memineris, te regni Christi incolam esse, Apoc. 3. v. 19.

Cc 3

4. Abel

4. *Abel* ille innocentissimus trucidatus à Caino; Populus Judaicus Cain verus fuit.

5. *Noa* portans arcam, in qua omnes homines salvari possunt, fide applicantes. Crux Domini vera arca, in qua omnes salvari homines oportet.

6. *Jacob* portans scalam cœli. Crux scala cœli: nemo ascendit in cœlum, nisi qui per crucis Christi scalam ascendit, *fidei pedibus*. Hæc crucis scala à terra humanæ nostræ imbecillitatis pertingit ad cœlum divinæ majestatis. Gradus in scala crucis sunt *Christi amor, misericordia*, quæ elucet in omnibus scalæ partibus, quaqua versum. Aspice Christi pedes, latus, brachia, caput.

7. *Eliakim* portans claves domus David: Esa. 22. v. 22. Ecclesiæ domus veræ Davidis prima clavis crux est, nemo sine hac clave potest cœlum introire.

8. *Moses* gestans virgam, quâ Ægyptios punit: Crucis virga spirituales Ægyptios punit, illis Chiographum & potestatem mortis extorsit, Hebr. 2. v. 14.

9. *Abimelech* portans ramum arboris jubensque suos idem facere, Judic. 9. v. 48. Ita crucem quoque portandam esse sæpius monuit Dominus, Matth. 10. v. 38.

### MONS CALVARIÆ.

850. 1. Est mons Sinai, Exod. 19. v. 16. 18. *terribilis igni furoris divini, rugitu ipsius Christi, fulguribus passionis ineffabilis.*

2. *Mons inaccessibilis*: Nimium enim ei appropinquare vetantur homines & jumenta, d. l. v. 12. At solus Christus accessit, peressus crucem, delens culpam.

SCIS-

SCISSIO VELI IN TEMPLO,  
quid significet.

851. 1. Ceremoniarum Leviticarum repudiationem, Heb. 9. v. 10. Dan. 9. v. 27. Col. 2. v. 16.

2. A Synagoga Judaica ad Ecclesiam transmigrationem: quæ copiosius facta est sub Novi Testamenti tempora.

3. Mysteriorum patefactionem, remoto velo, patefacto aditu.

4. Sceleris Judaici detestationem, quam vel ipsum *scissa veste* templum significat. Siquidem in sceleratissimæ rei detestationem olim vestes scindebantur, vide Matth. 26. v. 65.

5. Viæ in cælum apertionem, Heb. 9. v. 24.

6. Regni gratiæ à Judæis ablationem, Actor. 31. v. 46.

7. Christi ingressionem in sanctorum, Heb. 9. v. 12. sanctum.

8. Liberi accessus ad thronum gratiæ patefactionem, Heb. 4. v. 16.

9. Veræ manæ oblationem, quæ erat in arca. Christus est vera manna, non amplius arcæ inclusa, sed omnibus proposita, Joh. 6. v. 33.

10. Utriusque Testamenti conjunctionem, quæ significata per illam veli sublationem, tanquam interstitii inter utrumque fœdus.

11. Violentam corporis Christi, veli DEITATIS, lacerationem, in cruce factam.

12. Omnium per Christum factam contemplationem.

13. Gentium Judæorumq; conjunctionem, Eph. 2. v. 14. Gal. 3. v. 28.



DE STATU EXALTATIONIS  
CHRISTI.I. DE DESCENSU CHRISTI AD IN-  
fernum, resurrectione, ascensione, manifesta-  
tione quadragesimali.CHRISTUS IN INFERNUM  
descendens.

852. *Tres pueri in fornacem ardentem coniecti sunt: Ex eadem liberati & flamma iisdem in rorem mutatae sunt: Dan. 3. vers. 21.* Christi descensus ad infernum imago.

1. *Ob inferni significatiorem.* Fornax ille inferni typus: Hujus dominus Satan, qui ligna & materiam foci subministraverunt, Judæi sunt, qui tamen Christo ignem parantes, semetipsos in ignem divini furoris intolerabilem conjecerunt.

2. *Ob puerorum rationem.* Tres pueri Christi statum repræsentant, mortui & ad infernum descendentes: sed tamen

3. *Ob puerorum ereptionem.* Ut nihil nocuit flamma pueris illis; quin potius in suavissimum versa est rorem: Ita Christo infernus nihil nocere potuit: Dominus ipsi à dextris erat, qui non dedit Sanctum suum, videre corruptionem, Psal. 16. v. 10.

CHRISTUS IN INFERNO  
triumphum egit.

853. Ut Joseph in carcere magni habitus est à magistro carceris, Gen. 39. v. 21. seqq. Ita & Christus ad tempus in carcere detentus è sepulchro tandem prodiiit.

CHRISTUS

DE CHRIST. PERSON. 409  
CHRISTI DESCENDENTIS

typus Simfon.

854. *Septem nervicis funibus necdum siccis & adhuc humentibus Simfon ligatus, infirmus aestimatus est. Hostes Philistæi latebant in insidiis in conclavi apud Delilam, Simfon autem rupit vincula, ac si quis filum de stупpa tortum rumperet, cum odorem ignis acceperit; & non est inventum, in quo fortitudo ipsius esset, Jud.16. v.7.8.9.*

Aliquot hujus typi membra.

1. *Funes & vincula mortis illa fuerunt, quæ Christum ad tempus tenuerunt, Actor.2.v.24. Imo funes illi mortis, qui Christum circumdederunt.*

2. *Virentes hi funes vel restes fuerunt, quia validæ tentationis & vincula mortis, arctè Christum constringentia, Psal.22. Vide cor Christianum, quàm arctè tuum Salvatorem constrinxerint hæc vincula, usque adeo, ut sudorem ei sanguineum expresserint!*

3. *Infirmus aestimatus Simfon est à Delila & ab hostibus Philistæis: Christus à Synagoga Judaica, verâ Delilâ, infirmus judicatus & abjectus, Esa. 53. v.4. Hinc post mortem etiam seductor audit; Matth.27. v.63.*

*Infirmus etiam judicatus à Philistæis infernalibus, qui gloriæ Dominum non cognoverunt, 1. Cor.2. v.8.*

4. *In insidiis latebant iidem hostes, spemque metumque inter, dubii de Christi morte, quam luctuosissimam, quam gloriosissimam quoque ex miraculis mortem consecutis, intellexerant.*

5. *Verum Heros noster rupit vincula illa mortis, tanquam ex stупpa confecta, Actor.2.v.24.*

Cc 5

6. Odo-

6. *Odorem ignis acceperunt hæc vincula.* Odor ille ignis Christi potentiam notat, mortem expugnantis & debellantis. Hic fuit odor mortis morti ad mortem, quando Christus à morte absorptus mors factus est, 1. Cor. 15. v. 15.

7. *Fortitudo illa Simsonis non inventa est.* Fortitudo potentiae Christi resurgentis humanæ rationi non est obvia; Hinc illud Pauli: *Secundum scripturas resurrexit Christus*, 1. Cor. 15. *Fortitudo cælestis Simsonis nostri non est inventa*, quia obsignata penetravit busta, sprevit Judæorum, contempfit vigilum armatorum præfidia.

### CHRISTUS DESCENDENS IN infernum, Diabolum vicit.

855. *Benajas leonem interfecit in medio cisternæ, tempore nivis*, 2. Sam. 23. v. 21. Christi viva imago!

1. Benajas pulchrum vel gloriosum filium significat. Christus *Dei patris filius gloriosus* est, gloriâ fulgens æternâ, quam habuit apud patrem, ante jacta mundi fundamenta, Joh. 17. v. 24. splendor gloriæ patris, Hebr. 1. v. 3.

2. Leo est Satan, ut alias dictum.

3. Hunc interfecit Christus, 2. Tim. 1. v. 10.

4. Tempore nivis; quando scilicet maximè feroces sunt. Diabolus cum maximè ferox esset in Christum, ossa ejus dilacerasset, Psal. 22. v. 17. à Christo victus est.

Similis typus in *Simfone*, leonem interficiente, Judic. 14. v. 6.

### PHARAONEM INFERNAL- lem vicit.

856. *Moses Israelitas liberaturus, in Ægypto cum Pha-*

Pharaone contendit, triumphum de eodem egit, populum Dei eduxit : Ita inferni Ægyptum ingressus Christus cum Satana contendit, captivos liberavit, Esa. 49. v. 24. palatium destruxit, Luc. 11. v. 22. triumphavit, Col. 2. v. 15. mortis aculeum fregit, 1. Cor. 15. v. 55. Potestatem morti eripuit, 2. Tim. 1. v. 10. suos è lacu eduxit, Zach. 9. v. 11. Lacus ille infernus est, in quo nulla aqua solatii, aut refrigerii, Luc. 16. teste epulone, sed pix & sulphur: *Tantalus* huc spectat fabula:

Quærit aquas in aquis & poma fugacia captat Tantalus.

## CHRISTUS NOS LIBERAVIT.

857. *Duo angeli* Lothum è Sodomis eduxerunt, Sodomam ingressi: Gen. 16. v. 17. Angelus testamenti verus est Jehova, magni ille angelus consilii, inferni Sodomam ingressus est, ut nos damnationi maxime vicinos eriperet, & ex flammis infernalibus educeret, Zach. 9. v. 11.

## JOSEPH IN FOVEAM

conjectus

858. *Afratribus*, ex eadem extractus est; Gen. 37. v. 24. 28. In sepulchri foveam projectus Christus, corruptionem non vidit, Psal. 16. v. 10. sed victor redivivus triumphavit, nos à potestate tenebrarum liberans, Coloss. 1. v. 13.

## JONAS TYPUS CHRISTI

descendentis.

859. *Jonas* 2. v. 7. *Descendi ad extrema montium, terra veltes concluderunt me.* Christus descendens in infernum, in inferiores partes terræ descendit, Ephes. 4. vers. 9. Terræ veltes Christum concluderant in sepulchro. Verùm Deus de corruptione vitam filii

filiū suū sublevavit, Rom. i. v. 4. c. 6. v. 4. Ipse filius sublevavit, animam resumpsit, quam ante deposuit.

### JACOBUS LUCTANS

cum angelo.

860. *Femur luxatum* sensit: victor tamen evasit, Gen. 32. v. 25. Cum angelo cædis luctatus testamenti angelus, victor declaratus est, quamvis per mortem velut femur luxatum, infirmatusque videretur.

### CHRISTUS QUOMODO MORTI venenum factus.

861. Mors erat serpens Tyrus, contra cuius venenum nullum remedium, teste Aristotele. De morte patet, ex Rom. 5. v. 12. Ex sua ipsius morte remedium contra mortem Christus paravit.

Mors fuit instar veneni ocyssimi, aconiti, de quò Plinius lib. 27. cap. 2. *Eva*

Lurida terribilis dedit hæc aconita noverca

Christus hoc mortis abstulit aconitum, verum laser, (de quo Plinius refert; quod moribus serpentum medeatur, lib. 22. cap. 23.) propinavit: Ille est cervus, qui serpentem infernale cepit & devoravit, quod alias de serpentibus cervisque refert Ælian. lib. 8. de naturâ animal. cap. 6.

Pertinet huc Crocodili & Ichneumonis nota historia, superius tacta, & Osee aphorismus, cap. 13. v. 14. ubi Christus dicitur I. Venenum,

1. *Ob veneni cum corde ad vim addeat.* Sic Christus venenum morti factus, mortem sustulit, 2. Tim. 1. v. 10.

2. *Ob efficaciam veneni, qua est penetrare substantiam intimam animalis & cor maxime aggredi, atque ita nocere:* sic Christus morti venenum factus, non superficietenus eandem aggressus, sed intimum mortis regnum pervasit, omnem ejus potentiam aggressus

gressus est : Satanam mortis principem & latronem, Johan.8. v.44. Hebr.2. v.14.15. legem mortis vim, ne possit nocere, Rom.8. v.1. sustulit, & aculeum mortis fregit, 1. Cor. 15. v.55. & vitam reduxit, 2. Tim.1. v.10.

3. *Ob saporem gratum, qui quandoque est in veneno* : Christus venenum morti suave fuit, quæ eundem deglutiit ad triduum : sed mox reddidit, evomuit : siquidem impossibile erat eum à morte teneri, Act.2. v.24. nec mirum; vitæ enim princeps erat, Act.3. v.15. & verus ille Jonas, Matth.16. v.4.

4. *Ob veneni infektionem* : Memorat enim Plinius Tom.1. p.589. quædam vescentia venena, tandem & ipsa venenata fieri : Christus quoque, licet in se purus esset & sine veneno : Joh.8. v.46. Attamen quia comederat nostri causâ venenum peccati, (hocce sibi id imputari passus fuerat,) ideo & ipse nostrum venenum venenatus habitus est & peccator. Hæcque est illa similitudo carnis peccati, in qua missus Dei filius, liberavit hominûm filios, Rom.8. v.1.2.3.

5. *Ob venenorum species* : Varias recensent Medici. Vide P. Æginet. lib.5. cap.30. p.340. Sic Christus velut vermis venenatus fuit morti, quo capta ea est. Fuit semen morti venenatum.

6. *Ob veneni vim validissimam, quâ agit instar ignis in subjectam materiam* : Sic Christus venenum validissimum fuit Satanæ, cui captivos extorsit, Esa. 49. v.24.25. Luc.11. v.22.

7. *Ob veneni operationes speciales, quæ sunt; temperiem corporis tollere, dissolvere colorem nativum per putrefactionem & erosionem.* Valleriol. lib.1. observ. Medic. p.19. Ita regni Satanicæ temperiem, constatam ex peccato & morte, sustulit Christus, 1. Cor.

1. Cor. 15. v. 55. & calorem ejus, hoc est, legem, quae nos accusabat, expunxit, Col. 2. v. 14.

II. Dicitur & Christus *Pestis*,

1. *Ob quidditatem*: nam pestis Medicorum quibusdam nihil aliud est, quam febris putrida: Christus mortis pestis futurus, putridus factus fuisse videbatur in sepulchro: sed redivivus sepulchro prodiit mortemque absumpsit Esa. 25. v. 8.

2. *Ob vim & sævitiem*, quam pestis exercet; unde eam Galenus feram vocat. Vid. 2. Sam. 24. historiam. Ita Christus sævissima fuit Satanæ pestis, vastando totum ejus regnum, idque dissipando, Luc. 11. v. 22. Col. 2. v. 14. 15.

3. *Ob propagationem*. Vis pestis longè lateque diffunditur & serpit: Ita Christus mortis suæ vi & efficaciâ ipsa tartara penetravit, Eph. 4. v. 10. & mortem destruxit. Ejus vis etiamnum manet in piis, inque eorum cordibus diffunditur contra mortem ejusque metum, Job. 19. v. 25. Job. 11. v. 25.

4. *Ob objecti rationem*: Pestis enim in corde locum habet, idque primò inficit: Ita Christus ipsum cor & potentiam Satanæ & moriendo contudit & immortalitatem restituit, 2. Tim. 1. v. 10.

5. *Ob pestis infectionem subitanæam*, notissimamque: Ita Christi morientis vis & efficacia mox se prodidit in regno Satanæ. Medici testantur, si pestilentia laborans sudansque contingatur, posse infici hominem ex tactu. D. Senert. l. 4. de Febris. p. 714. Ita non dubium est ulli fidelium, Christi sudorem in horto sanguineum pro peccatis nostris diabolo fuisse venenum nocentissimum.

6. *Ob pestis operationem*, adjunctaque varia symptomata. Pestis enim lædit cordis actiones & consequen-

quenter etiam aliorum membrorum capitalium: Ita Christus morti pestis factus, omnia ejus membra læsit: Sunt autem Satanæ membra, peccatum, lex, quibus ille adversum nos utitur. Verùm Christus hæc omnia morte sua nobis abolevit.

7. *Ob occultam pestis rationem*, de qua non satis constat inter Medicos. Ita potentia illa Christi, quæ mortem debellavit, nulli hominum satis explicabilis est.

8. *Ob pestis profligationem*, quæ fit per medicamenta, vel per ignes ærem purgantes: Ita Christus verè profligaturus, arbor odorifera in cruce accensa est, in odorem bonæ fragrantæ Deo patri sese offerens, Ephes. 5. v. 2. & sic pestem peccatorum nostrorum & fœtorem profligavit.

9. *Ob typicam significationem.*

1. Deus educturus Israelitas Ægypto, ejus terræ regem & incolas peste afflixit, Exod. 9. v. 3. Ita in spiritali inferni Ægypto captivi tenebamur: Venit ergo Moses verus, Christus, nosque educturus, pestem Satanæ immisit semetipsum.

2. Grassante peste in populo Dei, petit Salomon, ut misericorde lumine Deus populum suum respicere dignetur, 1. Reg. 8. v. 37. Semper nos vexat peccati contagiola pestis. Habemus ergo & nos Salomonem verum & intercessorem, 1. Joh. 2. v. 1. deprecantem pestem peccati, Rom. 8. v. 34.

3. Plal. 92. v. 6. Pestis tenebris serpere dicitur: Ita totum Satanæ regnum nihil, nisi tenebræ, hinc magistratus tenebrarum dicitur, Col. 1. v. 13.

4. Deprecatus olim pestem David eam in se derivari

vari



vari voluit, ut nocentissimum, 2.Sam.24.v.17. non impetravit: Christus verus noster David videns nos laborare incurabili & peccati peste, petiit eam in se derivari. Impetravit id à Patre; hincque nostrâ peste laborans, Rom.8.v.2. seq. pestis factus est Satanæ, qui nos hâc peste infecerat nocentissima.

### CHRISTUS DESCENDENS

infernum expoliavit.

862. Jud.14.v.19. *Spiritus Domini in Simsonem irruit, descenditque Aſcalonem, & percussit ibi triginta viros, quorum ablatas vestes dedit iis, qui problema solverant.* In cœlestem Simsonem nostrum irruit Spiritus Domini, excanduit ipse contra inimicos, Es.63.v.5. *Aſcalonem descendit, nobilem Philistæorum urbem, cujus nomen significat ignem infamiæ: Infernum est talis urbs, in qua focus ignisque infamiæ malis paratus, Matth.25.v.41. Percussit ibi Christus, non triginta, sed omnes hostes infernales, principatus & magistratum ipsum tenebrarum: Col.1.v.13. cap.2.v.14. 2.Tim.1.v.10. Hebr.2.v.14. Vestes eorum abstulit, chirographum & nos omnes, qui spiritualiter captivi eramus, Esa.49.v.23. solenni triumpho liberavit.*

### DE RESURRECTIONE CHRISTI

& exaltatione.

#### EXALTATIO CHRISTI.

863. *Iosephus manipulum suum stare vidit & fratrum manipulos eundem adorare, Gen.37.v.7. Hoc somnium futurum honoris gradum præsignificavit. Nostro autem Iosepho Christo hoc apprimè congruit, quando in nomine ipsius, exaltati, flectitur omne genu cœlestium, terrestrium & inferorum; Phil.2.v.10. Rom.14.v.11. Ipse enim adoratur ab angelis, Hebr.1.v.6. Psal.72.v.11, Apoc.5.v.13. Adhibet vero*

*Ioseph*

Joseph metaphoram manipuli, quæ apprimè congruit Domino nostro Jesu Christo: Is enim granum tritici erat, proculeatum in passione, terræ commisum in inhumatione, ut fructum magnum afferret, Joh. 12. v. 24. Ex hoc grano ergò Christo manipulus factus est, adoratus à fratribus, hoc est, super omne nomen exaltatus, Ephes. I. v. 20. Quando? nimirum in messe lætissimæ exaltationis suæ. Conf. seq. 866.

**SEPULTUS CHRISTUS NON**  
retentus in sepulchro.

864. *Jonas à ceto deglutitus, tertio die in terram projectus est*, Joh. 2. v. 11. *Cetus mortis* Christum deglutiverat, deglutitum retinere non potuit, Actor. 2. v. 24. in terram projecit resurgentem; quin potius ipsa mors absorpta est in victoriam, 1. Cor. 15. v. 55.

**CHRISTUS IN MORTE NON**  
retentus.

865. *Clavos, quibus crines fixi erant, evulsit Simson*, Judic. 16. v. 14. cap. 15. v. 14. Christus verus est Simson, hoc est, vir Solis, qui clavos crucis evulsit: incolumis quem mortis vinculis elapsus est, Actor. 2. v. 24.

**RESURRECTIO CHRISTI.**

866. Lev. 23. v. 11. *fasciculus spicarum Domino consecrandus, in terra, quam Dominus dederat, tempore messis*: At *tempus messis* spirituale beneficiorum Christus appropinquare fecit, cùm ipse ut triticum fructuosissimum, Joh. 12. v. 24. in terram projectus, spicas ditissimæ benedictionis, Gal. 3. v. 13. attulit, resurgens, lolium maledictionis auferens: Hinc nobis gaudemus, sicut in messe, Esa. 9. v. 3. (quæ beneficia grata mente recolere nos decet: Christus enim resurgentium primitiæ factus est, 1. Cor. 15. v. 23. Si ergò radix & primitiæ resurrexerunt; surculi quoque re-

D d

sur-

furgent, 1. Cor. 25. v. 16. Rom. 11. v. 16.) Ille spirituum manipulus vel fasciculus benedictionum Domino consecratus est, quando per gloriam patris resurrexit, Rom. 6. v. 4. Hæc consecratio post Sabbathum secundo die fiebat : Christi resurrectio post sabbathum Judaicum facta.

### CHRISTUS RESURGENS, virgæ Mosis similis.

867. *Virga Mosis in serpentem versa est, eadem rursus in virgam mutata*, Exod. 4. v. 3. 4. Ita Christus moriendo & patiando in serpentem quasi versus est. Postea ex serpente rursus virga factus est, hoc est, resurrexit. Joh. 3. v. 13. *Sicut Moses exaltavit serpentem in deserto.*

### CHRISTUS ALTARE.

868. Exod. 17. v. 16. Devictis Amalekitis altare fecit Moses, cui nomen, *DOMINUS exaltatio mea, signum meum*. Christo resurgente infernales Amalekitæ cæsi, Heb. 2. v. 14. 2. Tim. 1. v. 10. altare nobis constructum exaltationis, Joh. 12. v. 34. signi in folio patris, ut Moses v. 16. loquitur, quod Dominus contra Amalek de progenie in progeniem pugnaturus sit: Ita resurrectio Christi nobis perpetuum est signum, quod Christus contra Diabolum ejusque affeclas semper pro nobis pugnaturus sit.

### CHRISTUS ILLÆSUS ex sepulchro.

869. *Daniel ex lacu leonum, Dan. 6. ereptus, quem lapide & sigillis Rex muni verat, v. 17.* Ita in sepulchrum positus Christus, munitum saxo & sigillis, ipse tamen illæsus prodiit, nec quicquam sive mors, sive Satanas nocere potuit. Sepulchrum Christi verè fuit leonum lacus : Nostra enim peccata velut leones comprehensum

lum Christum in sepulchrum traxerunt: Mors ipsa Christum vita spoliavit: sed tamen horum leonum (peccati & mortis) dentes omnes obstupuerunt, quando omnes devicti Christum, verum Danielem, incolumem dimiserunt.

## SEPULTUS, RESURREXIT.

870. *Delila caput Simsonis crinibus in terram defixis ligaverat, Judic. 16. v. 14. sed prorupit heros & liber evasit: Ita Christi caput capillosq; spinis velut ligatos in sepulchrum devixere Judæi, quos Delila meretrix significare potest; sed tandem perripuit Christus & victorem se infernalibus Philistinis ostendit: exaltavit caput, Psal. 110. v. ult. postquam de torrente in via bibisset. Simson caput unâ cum clavis & vinculis extulit expergefactus: Ita Christus clavum legis, quo defixi eramus, & vincula mortis secum ex sepulchro extulit. Morti enim mors factus est: & propter justitiam resurrexit, Rom. 4. v. ult.*

## CHRISTUS DISCIPULIS POST RESURRECTIONEM SE MANIFESTANS.

871. *Jonas pisce egressus, Ninivitis de poenitentia concionatus est, se manifestavit, Joh. 3. v. 3. Ita Christus è sepulchro egressus discipulis se conspicuum præbuit, & poenitentiam in mundo prædicari jussit, Act. 1. v. 3. c. 10. v. 42. Luc. 24. v. 47. Ipse pacem prædicavit, Eph. 2. v. 17. immediatè, toties discipulis pacem optans: mediatè pacem annunciari jubens.*

## CHRISTUS IN MEDIO DISCIPULORUM APPARENS, Luc. 24. v. 36.

872. *Tob. 12. v. 18. Angelus dixit: Ego sum, nolite timere. Ita Christus: Ego sum, nolite timere, Luc. 24. v. 38-39.*

## THOMAS CHRISTUM

agnoscens.

873. *Jacob* sibi persuadere non potuit, *Josephum* adhuc vivere : viso eo maximam animo lætitiã concepit, Gen. 45. v. 27. Ita & *Thomas* : *Dominus meus & Deus meus!* Non credam, nisi digitos meos circumtribus *ipsum* intulero. Nunc ergo credidisti *Thoma*, quia digitos vulneribus *Christi* intulisti? Imò verò, quia *Christus* vulneribus incredulitatis tuæ digitum S. Spiritus immisit, idèd ò *Thoma* credidisti?

APOSTOLI CHRISTO VISO  
gavisi.

874. *Jacob* videns *Josephum* ; *Noah* columbam ramum virentis olivæ gestantem ; *Tobias* filium ; lætati sunt: Ita & discipuli, viso *Christo* redivivo, Joh. 20. v. 20. qui verus fuit *Joseph* : vera columba pacis unica, Eph. 2. v. 14. 15.

## DISCIPULI EMAUNTICI

875. Joh. 11. v. 39. *Quariduum jam Lazarum* in sepulchro jacuisse sorores perhibebant, resurrectionis difficultatem innuebant: Ita discipuli *Emauntici* post tres jam elapsos dies de *Christo* judicarunt : *Sperabamus eum redempturum Israel*, Luc. 24. v. 21.

CHRISTUS POST RESUR-  
rectionem

868. *Agnitus ex fractione panis*, Tob. 12. *Angelus* non innotuit *Tobiæ*, nisi perfecto prius itinere ; nec *Josephus*, nisi exacto examine fratribus agnitus. Ita & *Christus* in fractione panis agnitus est à discipulis, Luc. 24. v. 35.

DISCIPULI CHRISTI AMBIGENTES  
de *Christi* resurrectione.

869. Luc. 24. v. 21. 22. *Sperabamus*, ajunt discipuli duo,

duo, fore, ut liberaret Christus populum suum. Non se-  
cus ac Jacob de Josepho judicabat, eum scilicet à be-  
stia devoratum esse, cum adhuc in vivis esset, Gen. 37.  
v. 33.

## TRIUMPHUS CHRISTI.

870. Joh. 12. v. 13. *Ramis palmarum vias strave-  
runt, Christo urbem Hierosolymam ingrediente.* Victoriæ  
hoc est præfagium, & triumphatoris symbolum, utpo-  
te, qui jam hostes omnes deleturus esset; quod ipso  
opere Christus præstitit, in crucem actus Coloss. 2.  
v. 15. Heb. 2. v. 14. & victor resurgens propter justitiam  
nostram, Rom. 4. v. ult.

## CHRISTUS ASCENDENS.

871. Eccles. 1. v. 5. *Revertitur Sol ad locum suum,  
quo egressus est.* Sol justitiæ Christus est, Malach. 4. v. 2.  
Egressus ejus ad patrem, Joh. 20. v. 17. locus unus est,  
idemque, Joh. 14. v. 2. Ergo Sol justitiæ ad eundem lo-  
cum reversus, unde progressus, hoc factum ascenden-  
do. *Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum,* Joh.  
20. v. 17.

## CHRISTUS ASCENDENS.

872. *Aquila altum petens pullos alis suis gestat,* Deut.  
32. v. 11. Christus est illa aquila, qui ascendens in  
altum, nos tamen alis suis gestat, hoc est, omni-  
potentissime omnia in cælo & terra gubernat, Matth.  
28. v. 18. & verbo potentiæ portat, Hebr. 1. v. 3. Hæ sunt  
alæ, quibus progredimur, Psal. 91. v. 4.

## TYPUS ASCENDENTIS

Christi.

873. Jud. 13. v. 20. Angelus in flamma ascendit, qui  
Manoæ apparuerat! Christus flammeâ angelorum co-  
horte comitatus ascendit.

Dd 3

874.

874. Gen. 7. v. 17. *Arca Noë, post quadraginta dies, aquis multiplicatis a terra elevata est.*

1. Arca vera Christus est, in quo solo salus, Act. 4. v. 12. nemo in eo perit, Joh. 3. v. 16. c. 17. v. 12. qui vera fide ei adhæret, sicut nullus eorum, qui in arca fuerunt, periit, 1. Pet. 3. v. 20.

2. Hæc arca in cœli montem levata.

875. *Vera quoque arca Noë Christus est, qui Noë significat quietem & solatium.* Hæc autem non, nisi in Christo, Matth. 11. v. 29. 2. Theſſal. 1. v. 7. Heb. 4. v. 1. Psal. 65. v. 5. Psal. 73. v. 1. Jer. 14. v. 8.

872. Hæc arca igitur post quadraginta dies conversationis cum discipulis, doctrinâ, velut aquâ multiplicatâ, Act. 1. v. 3. à terra elevata est, Luc. 24. v. 51. quam visibili præsentia reliquit, in cœlum subvectus, omnia tamen implens, Eph. 4. v. 10. inter septem candelabra versans, Apocal. 1. v. 13. Eadem arca Noë, fluctibus aquarum jaçtata, tandem in monte Ararat restitit, quievit, Genes. 8. v. 4. Christus variè jaçtatus in statu exinanitionis, fluctibus tentationum ita convulsus, ut rimis velut sanguinem profundentibus, sanctissima hæc arca fatisceret, Luc. 22. v. 44. fluctibus peccatorum nostrorum, quæ sanctissimum caput supergressa illud in arca crucis inclinarunt: tandem verò quievit in monte cœli, Psal. 121. v. 1. in dextera Dei, Eph. 1. v. 20.

#### IN JOSEPHO.

877. Gen. 41. v. 41. seq. *Josephus, post probatam fidelitatem, patriæ pater, Consiliarius declaratus, & ad summam dignitatem evehctus est:* Ita Christus, verus Joseph nomine Gen. 30. v. 24. & omine multifariam, postquam domui patris Ecclesiæ optimè prospexisset, Hebr. 3. v. 5. 6. in cœlum ascendit ad patrem suum &

no-

nostrum, Joh. 20. v. 17. verus pater patriæ cœlestis, cuius restituit hæreditatem, Rom. 8. v. 17. Galat. 4. v. 5. Consiliarius noster, Esa. 9. v. 6. ad summas dignitates evectus est, Eph. 1. v. 21. Philipp. 2. v. 9. ultra consortes, Psal. 45. v. 8.

### CHRISTUS UT AQUILA elevatus.

878. *Aquila elevatur, & in arduis ponit nidum suum*, Job. 39. v. 30. Christus est verus ille aquila, supr. tit.

Elevatus ille est è terra ad cœlum, Joh. 12. v. 32. & nidum suum in arduis posuit, gloriam intrans, Luc. 24. v. 26. & potenter dominans in medio inimicorum, Psal. 110. v. 2. qui in statu exinanitionis ne quidem habuit, ubi caput reclinaret, Matth. 8. v. 20.

### ELIAS TYPUS CHRISTI.

879. *Elias curru igneo in cœlum subvectus*, 2. Reg. 2. v. 11. ab equis igneis tractus. Christus major Eliâ in cœlum sublatus, spectantibus discipulis, Act. 1. v. 10. Currus nubes velut fuit, majestatis divinæ symbolum. Equi ignei angeli fuerunt, ut 2. Reg. 6. v. 17. Psal. 68. v. 18. gloriosissimi hujus triumphii spectatores promptissimi, 1. Pet. 1. v. 12.

### CHRISTUS SANCTUM SAN- ctorum ingressus.

880. Exod. 30. v. 10. Heb. 9. v. 7. Christus verus ille *Sacerdos*, in cœlum ascendens, sancta sanctorum ingressus est. Cœlum verè est sanctum sanctorum; nemo illud ingreditur, nisi sanctus, Apocal. 22. vers. 15. isque propter unum illum sanctorum, Daniel. 9. vers. 24.

### SIMSON TYPUS CHRISTI.

881. *Simson montem conscendit, portas urbis Gazæ gemi-*



geminas sustulit, cum totidem postibus, Judic. 16. vers. 3.

1. Mors & infernus duæ erant portæ generis humani: postes erant peccatum & lex. Omnia Christus in cælum conscendens sustulit, Psal. 68. v. 19. 1. Cor. 15. v. 24.

2. Mediâ nocte rectè surrexit Simson: Mediâ nocte cæcissimæ ignorantiæ Phariseorum & Judæorum surrexit Christus: Imò mediâ nocte ignorantæ suorum discipulorum, Luc. 24. v. 21.

3. Quieti fuerunt Gasitæi, Simsone cincto, d. I. Sic Judæi & Pharisei cingentes Christum in sepulchro quieti fuerunt.

### TYPUS CHRISTI JACOB.

882. *Jacob servitio Labanis exiens, in patriam duobus agminibus comitatus reversus est, Gen. 32. v. 20. Cælestis Jacob nostri causa servierat, in statu exinanitionis, Rom. 15. v. 8. ut sponsam sibi redimeret sanguine, ecclesiam, Act. 20. v. 28. Hoc servitio velut emigraturus, duobus agminibus, terrestri discipulorum, spectantium, cælesti angelorum triumphantium comitatus fuit. Duo agmina quoque Judæos & gentiles significare possunt: utrumque enim populum accepit Dominus, Gal. 3. v. 28. Non est hic Judæus, neq; Græcus.*

### CHRISTUS CUM JUBILO

acceptus.

883. *David cum jubilo exceptus, post cladem Goliathi, 1. Sam. 18. v. 6. Christus debellato Satana, multo majori cum gaudio ab angelicis cohortibus exceptus esse creditur, qui in evangelii mysteria tanto flagrant desiderio intucendi, 1. Pet. 1. v. 12.*

JU-

## JUBILUS ANGELICUS.

884. *Arca in templo Salomonis collocata est magno cum gaudio*, 2. Sam. 6. Ita Christo templum cœli ingrediente, nullum est dubium, quin ingenti lætitiâ ab angelis exceptus sit, qui eum adorant, Psal. 97. v. 7. Hebr. 1. v. 6.

## SOL RETROGRESSUS.

885. 2. Reg. 20. v. 11. *Sol retrogressus, in vitâ prorogata indicium, tandem ad locum reversus est cursus ordinarii*: Ita Christus verus ille sol, per exinanitionis circulum velut retrogressus, in vitâ indicium Joh. 10. v. 11. tandem ad patrem rediit, à quo exierat.

## CHRISTUS PRÆCESSIT NOS

in cœlum.

886. *Arca Israelitas præcedebat, terram promissam ingressuros, ut viam scirent, per quam nunquam ambulaverunt*, Jos. 3. v. 3. 4. Vera arca Christus est, qui Jordanem divini judicii transiit, cœlum, ut terram nobis promissam, ascendit præcedens, ut nos quoque per eandem viam transiremus, cum Christo essemus, Joh. 17. v. 24. exaltaremur, Joh. 12. v. 32.

*Nescimus, pie Christe, viam, præcede, sequemur;*

*Nos trahere, duc, nostræ CHRISTE lucerna viæ!*

## ARTICULUS XIII.

## DE OFFICIO CHRISTI SACERDOTALI &amp; Prophetico,

mixtè.

## CHRISTI OBEDIENTIA

passiva.

887. 1. *Diabolum vicit, sicut Gideon arma solum tulit; non ferit*, Judic. 7. v. 19. *lagenam suam fregit*: Christus corpus suum in mortem dedit, ut mortem, ultimum hostem, vinceret, 2. Tim. 1. v. 10. Hebr. 2.

Dd 5

v. 14.

v.14. Corporis sui lagenam fregit patiendo, Johan.2.

v.19. feriit hostes resurgendo, Rom.4.v.ult.

REDEMPTIONEM HUMANI GENERIS  
nullus efficere potuit.

888. Lev.16,17. *In ingrediente sacerdote ad offerendum incensum, nullus homo debebat esse in tabernaculo.* Sic nullus hominum ad salutis nostræ opus quidquam contulit, Pfal.49.v.8. cum solus Christus iræ divinæ torcular calcet, Esa.63.v.3.

CHRISTUS SOLUS PASSUS.

889. Ezech.22.v.30. *Nemo inventus est, qui staret contra Dominum & sepem faceret.* Sic Deus neminem ex universo genere humano invenit, qui Deum quæreret, Pfal.14.v.2. qui torcular iræ calcaret, Esa.63.v.3. & qui stare posset, Pfal.130.v.3. qui placaret, Pl.49.v.8. sepem deltrueret & legis maceriem, Eph.2.v.14. dirueret. Hoc Christus solus præstitit, solus contra Dominum pro servo stetit.

LIBERATIO CHRISTI.

890. *Hæc liberatio multo gloriosior fuit liberatione Abrahami.*

1. Qui operâ servorum suorum usus, in liberando Lotho, Gen.14.v.15. Christus nullius: nemo enim ex gentibus adfuit, Esa.63.v.3. ipsi nemo potuit, Pfal.4.v.8.

2. Dein hostes Abrahami corporales erant; nostri spirituales sunt; hos nocte passionis suæ illâ tristissimâ adortus verus Abraham Christus, eosdem fudit & prædam extorsit, Esa.49.v.24.25.

CHRISTUS NOSTRI CAUSA  
servivit.

891. *Jacobus in Mesopotamiam abiit, ibique pro Rahele servavit:* Gen.29.v.18. Christus in hunc mundum

dum venit, ut ecclesiam, quæ vere Rachel est, Act. 20. v. 28. (Rachel verò ovis est) sibi redimeret. Hinc servus factus est, *Humilitate*, Philipp. 2. v. 8. *passione & sui sacrificio*, Matth. 20. v. 28. *predicatione*, cum minister circumcisionis factus est, Roman. 15. v. 8. Mesopotamia domus servitutis Jacobo erat: mundus Christo domus servitii fuit, in qua servit Dominus, ut liber esset servus: Joh. 8. v. 36. *Si vos filius liberavit, verè liberi estis.*

## CHRISTUS PASSUS NOSTRI

causâ.

892. Lev. 16. *Caper in desertum mittebatur, cuius capiti omnia Israelitarum peccata imponebantur*, v. 20, 21.

1. Christus verè est caper ille, qui in *mundi desertum* missus est.

2. Hujus capiti omnium hominum peccata imposita sunt, quæ portavit, Esa. 53. v. 4. 12. ut agnus ille Dei, Joh. 1. v. 29. capiti Christi imposita sunt peccata nostra, cum *inclinato capite*, velut mole peccatorum pressus, spiritum patri reddidit, Joh. 19. v. 30. cum ne quidem ubi caput reclinaret, habuit, Luc. 9. v. 58. ut nos ita spiritualiter pauperes ditaret, 2. Cor. 8. v. 9. cum caput illud angelicis tremendum spiritibus spinis pungebatur, Joh. 19. v. 2. Spinæ erant hæ peccatorum nostrorum.

3. In eremum autem *missus fuit in cruce*, cum se derelictum à Deo conqueretur, cum torcular iræ divinæ solus calcaret Esa. 63. v. 3. Adeò solus fuit in passionis eremo! pressus peccatorum totius mundi mole. Pressus suis esse peccatis caput, ingemebat David, Psal. 38. v. 5. Quid gemis David? quid tremis David? Vide hunc Davidem, tuorum peccatorum & totius mundi sarcinam portantem! Puto Davidem,

dem, pium quemvis sua quovis tempore, Psal. 32. v. 6. peccata sentientem.

PASSIONIS CHRISTI EFFECTUS.

893. *Fasciculus myrrha dilectus, Cant. 1. 13. meus inter ubera mea commorabitur.*

1. *Dilectus* ille Christus est, qui dilexit nos, ergo vicissim diligendus, 1. Joh. 4. v. 19. dilectus ille filius Dei, 2. Petr. 1. v. 17. in quo nos dilecti facti, Ephes. 1. v. 6. qui nobis missus est Luc. 20. v. 13. Dilectus ille noster est; Totus enim suâ dilectione noster est, Joh. 3. v. 16.

2. *Hic est fasciculus myrrha* amarissimâ passione suâ;

Hic pendere debet semper inter ubera, hoc est, in corde, adeo, ut myrrha passionis ipsius,

1. *Omnem putredinem* peccati tollat, sicut myrrha putredinem arecet, ut

2. *Incorruptionis nostræ* per Christum comparatæ, 1. Cor. 15. v. 42. perpetuum symbolum sit. Et

3. Peccati *alexipharmacum* nobilissimum, quem admodum myrrha venenis resistit. Huc pertinet monitum Apolloli, 2. Tim. 2. v. 8. & exemplum Galat. 6. v. 13. Hæc est amica illa, quæ ex deserto oritur, ut odor myrrhæ Cant. 3. v. 6. *Gutta amara fluit ex arbore myrrhæ.* Fasciculus passionis, quoties in pectore excutitur, toties guttæ poenitentiae amaræ, exemplo Petri, ex oculis tuis effluent, Matth. 26. v. ult.

4. Memoriae & recordationis Christi gratissima myrrha. *Jacob filius* precipiebat, ut *Josepho myrrham* dono offerrent, Gen. 43. v. 11. Solam hanc gratitudinis memoriae myrrham Deus sibi offerri vult, quia vestes nostræ hanc myrrham redolere debent, Psal. 45. v. 9. Cant. 5. v. 5. Sapia spargit odorem myrrhæ, Syr. 24.

v.20. Christus vera sapientia spargit odorem myrrhæ. Vide ô homo! ut tu sis myrrhæ gutta sponte suâ profluens, non expressa per *realem* legis concionem; sed sponte profluens, per intimam Salvatoris tui dilectionem. Ita optimum ex myrrhâ aroma Deo offeres, *ut typice* indigitatum, Exod. 30. v. 23. *Sume tibi aromata prima myrrhæ & electa.* Domini nostri passio *prima myrrhæ* est, quia nemo ante eum fuit, qui hanc myrrham dare potuit, & *electa*, quia solus ad hoc opus redemptionis electus est.

## VULNERA CHRISTI

salubria.

894. *Tobias ex pisce exenterato, salubria medicina sumpsit, quo Dæmonum prestigias abigere posset & oculorum morbum sanare.* Tob. 6. v. 9. 10. At Christus est verus piscis, qui in calamitates nostras, & damna, Thren. 2. v. 12. velut mare, descendit. Captus hic piscis videbatur: captus sanè laqueis mortis, sed morte vita factus est, 2. Tim. 1. v. 10. Exenteratus denique patiando; & vera fide applicatus Dæmones fugat, quos ille eiecit & salutare collyrium oculis nostris præparavit, ne in sommo mortis obdormiscant, Apoc. 3. v. 18. Psal. 13. v. 4.

## MORS CHRISTI SITIENTIBUS

prodest.

895. *Sanguis Christi in terram defluxit*, Luc. 22. v. 44. Terra imbibens sanguinem Christi, est anima sitiens, Psal. 143. v. 7. Hæc est vera aqua, quæ spiritualem justitiæ sitim restinguit, Matth. 5. v. 6.

## CRUX CHRISTI STULTITIA.

896. *Jacobo Laban stultitiam exprobravit, quod filias ipsius abduxisset*, Gen. 31. v. 28. Ita prædicatione crucis Christi, quæ ex servitio Satanz homines excunt, nihil,

hil stultius mundo videtur. Unde etiam in stultitiâ sua Deum non cognovit, 1. Cor. 1. v. 21. nec cognoscere potuit, 1. Cor. 2. v. 14. quin magis stulti facti sunt, Rom. 1. v. 22. ampullatâ sapientiâ turgidi.

### CHRISTUS MORIENS OCCIDIT.

897. 1. Maccab. 6. v. 46. *Eleazarus elephantem occidit, sed ab eodem occiso oppressus est*: Ita Christum Satanâ occidit, 1. Cor. 2. v. 8. Dominum gloriæ crucifixum; sed ab occiso oppressus est: ad tempus tantum. Oppressus tandem factus oppressor.

### CHRISTUS PASSIONE SUA HOSTES spirituales vicit.

898. *Abraham nocte super reges irruit, qui Lothum captivum abduxerant*, Gen. 14. v. 15.

1. Pater multarum gentium, excelsus, Christus est, ex quo omnis paternitas, Eph. 3. v. 15.

2. *Is passionis suæ nocte*, quâ potestas tenebrarum se exferuit, Luc. 22. v. 53. & sol justitiæ occubuit, irruit in infernales hostes, eos exspoliavit Col. 2. vers. 15. & panopliam destruxit, Luc. 11. v. 22. captivos nos liberavit, Esa. 49. v. 25. captivitatem captivam duxit, Psal. 68. v. 19. inque libertatem asseruit, Joh. 8. vers. 36. Rom. 8. v. 21.

### CHRISTUS AD MORTEM USQUE contra hostes pugnavit.

899. Jos. 10. v. 13. *Sol stetit, donec hostes fusi fugatique essent*. Ita sol justitiæ Christus stetit vivens, donec hostes nostri planè fusi essent.

### RESURRECTIONE CHRISTI hostes fusi.

900. *Vigilia matutina Egyptii in mari suffocantur*, Exod. 14. vers. 24. seqq. Vigilia hæc matutina est Christi resurrectio, qua ille à somno mortis evigilans, Pha-

Pharaonem infernalem cum aſſectis penitus ſuffocavit. Propter juſticiam noſtram reſurrexit, Rom. 4. verſ. ult.

PER CHRISTUM LIBERATI  
ſumus.

901. Pſal. 78. v. 15. *Per nubem diei eduxit Dominus Iſraelitas de Aegypto.* Nubes ille diei Chriſtus eſt, qui cum infernalis Pharaonos proſequeretur, ſe medium poſuit; Ephes. 2. v. 14. ut verus mediator, 1. Tim. 2. v. 5. ne poſſit Satanās nobis nocere, ſicut nubes Iſraelitas ab Aegyptiis diſcriminavit.

CHRISTUS MORTE DE-  
vicit.

902. 2. Sam. 23. v. 21. *Benajas haſtam viro terribili Aegypto ex manibus extorſit, eumque trucidavit.*

1. Chriſtus eſt verus *Benajas*, hoc eſt, ædificator Domini, qui in ſemetipſum Eccleſiam ſuam ædificat, Matth. 16. v. 18.

2. *Aegyptius ille terribilis* Satanam notare poteſt.

3. *Haſta* ejus peccatum & mors erat, 1. Cor. 15. v. 53. hanc ex manibus Satanæ extorſit, Hebr. 2. v. 14. abſorſit hoſtem cum haſta.

MORTE SUA MORTEM CHRI-  
ſtus devicit.

903. *Joſeph in carcere non dereliſtus eſt, ſed extra-  
ctus*, Genef. 41. verſ. 14. Ita Chriſtus in morte non re-  
tentus fuit, Actor. 2. v. 24. *Benajas* leonem in cifter-  
na occidit, 2. Sam. 23. verſ. 20. Leo ille Satanās fuit  
qui in cifterna inferni à Chriſto devictus eſt, qui ve-  
rus *Benajas*.

CHRI-



## CHRISTUS MORTEM MORTE

lustravit.

904. *Suo ipsius gladio Goliathum David jugulavit,*  
 1.Sam.17. v.51. Gladius Satanæ mors erat, quem in  
 omnem vibravit hominem, Rom.5.v.12. sed Christus  
 morte suâ Satanam devicit, quando mors factus est,  
 1. Cor.15.v.54. Hebr.2.v.14.

## LEX IN CHRISTO IMPLETUR

&amp; occultatur.

905. Exod.33.v.22. *Moses visurus gloriam Dei in pe-*  
*træ foramine abscondebatur.* Si nos gloriam misericor-

diæ; in foramine petreæ abscondamur necessum est,  
 aliâs non laturi majestatem Dei. Foramina autem pe-  
 træ sunt Christi vulnera, in quibus contemplamur glo-  
 riam divinæ misericordiæ, sapientiæ. Hæ sunt divitiæ  
 gloriæ ipsius Rom.9.v.23.& gratiæ, Eph.1.v.7.& qui-  
 dem abundanter c.2.v.8. impervestigabiles cap.3.v.8.  
 in quarum cognitionem per Christi vulnera, tanquam  
 patrii cordis januam, intramittimur.

## CHRISTUS IMPLEVIT

Legem.

906. *Josua omnia implevit, quæ Moses præceperat:*  
 Jos.8.v.35. *Christus cælestis Josua non venit legem sol-*  
*vere,* sed implere, Matth.5.v.17. legi satisfecit, quod  
 nobis impossibile, Rom.8.v.3. finis legis factus est,  
 Rom.10.v.4. sub legem factus est, Gal.4.v.4. de male-  
 dictione legis nos redemit, Gal.3.v.13. A deo ut non si-  
 mus sub lege, sed gratia, Rom.6.v.14. cap.7.v.6.

## LEX ABROGATA PER

Christum.

907. *Hedera Jonam protegebat, quam Dominus a-*  
*scendere fecit, ut esset umbra: Et latatus est Jonas, sed*  
*vermis ascendi diluculi percussit, & exaruit hedera.*

I. He-

1. *Hedera lex est, quæ luxuriavit præceptorum copia, ut hedera ramorum multitudine.*

2. *Ascendere hanc legem ipse Dominus fecit, quando in monte Sinai eam promulgavit, miraculis coruscantem fecit; sed tantum ut in umbram esset futurorum bonorum, Hebr. 10. v. 1. Col. 2. v. 17. Hebr. 8. vers. 5.*

3. *Vermis ascensu diluculi, hoc est, plenitudine temporis, Gal. 4. adventante, & visitante nos oriente ex alto, Luc. 1. v. 78. Zach. 3. v. 8. cap. 6. v. 12. ut vera stella matutina, 2. Pet. 1. v. 19. hedera legis exaruit, quoad damnationem, rigorem, cum Christus vermis factus est, Psal. 22. v. 7. patiendo, & sic legis finis factus, Rom. 10. v. 4. peccati virtutem, hoc est legem, abstulit, 1. Cor. 15. v. 5.*

## CHRISTUS LEGEM

aufert.

908. *Ille est radix montis, ad quem Moses tabulas legis frangit, Exod. 32. v. 19. Lex enim non potest accusare, nec damnare, Rom. 8. v. 1.*

## CHRISTUS SOLUS LEGIS

rigorem sustulit.

909. *Moses eadem verba inscripsit tabulis novis, veteribus per æelum fractis. At Christus legis tabulis veteribus, quo ad rigorem & damnationem, fractis, novis tabulis inscripsit legem, qua sunt corda carnea, non eadem verba, nam maledictionem à lege sustulit, & rigorem & damnationem, quæ Moses tollere non potuit, Gal. 3. vers. 21. Christus autem gratiam & veritatem dedit, Joh. 1. v. 17.*

## CHRISTUS LEGIS PONDUS

leve fecit.

910. *Aaron & Hur Moysi graves manus supposito lapide*

E e

lapi-

*lapide sustentarunt*, Exod. 17. v. 12. quas demittens Amalekitæ victores videbantur. Graves Mosis manus legis onus significant, Act. 15. v. 10. quod nos ad infernum trahebat, Deuter. 27. v. ult. At Christus pondus hoc merito suo sublevavit, jugum oneris nostri frangens, Esa. 9. v. 4. peccata onus illud, Psal. 38. v. 5. tollens, Joh. 1. v. 29. ne portare hoc habeamus necessum, Galat. 6. v. 2. Ita ut jam plenâ fiduciâ manus attollere possimus.

### CHRISTUS EST MEDICUS.

911. *Quatuor imprimis sunt*, quæ Medicum commendant:

1. *Scientia & experientia.*
2. *In curando benevola diligentia.*
3. *Morbi cognitio.*
4. *Per medicamenta curatio.* Prius est in Christo excellentissimè; novit enim omnia, Col. 2. v. 3. Joh. 2.

v. 25. cap. 21. v. 17. cap. 1. v. 48.

2. Similiter ipse enim venit libenter, Psal. 40. v. 9. Joh. 10. v. 11. & 18. Nec diligentia deficit: venit quæ-  
re & salvare, Matth. 18. v. 11. in perpetuum, Hebr. 7.  
v. 25. ovem perditam, Luc. 15. v. 4.

3. Morbi nostri cognitionem habet Christus, Ps.  
103. v. 14. non ex signis fallibilibus.

4. Curat medicamine verbi & sacramentorum.

### CHRISTUS PECCATA NOSTRA portavit.

912. *Ezechiel iniquitates populi Israelitici universi  
portare jubetur, cubant utroq; latere*, Ezech. 4. v. 4. seqq.  
Christus verè portat peccata nostra, ut agnus ille Dei,  
Joh. 1. v. 29. non tantum in latere *cubando*, cum cruci  
affixus clavibus est, & in sepulchro jacuit; sed etiam  
latus

latus suum vulnerantibus *præbendo*: certissimum peccati alexipharmacum suppeditando, sanguinem scilicet suum, quo nos purgat, 1. Joh. 1. v. 7. Hebr. 9. v. 14. Apoc. 1. v. 5.

### MORTE CHRISTI PECCATUM ablaturum.

913. *David arma Goliathi cæsi in tabernaculo suo reposuit*, 1. Sam. 17. v. 54. Arma Satanæ peccatum ejusque chirographum sunt, quæ Christus internali Goliatho abstulit, Luc. 11. v. 22. inque suo tabernaculo reposuit, quando cruci affixit, Col. 2. v. 14.

### CHRISTUS PECCATA

remittere.

914. Joh. 11. v. 44. *Resuscitatum ex mortuis Lazarum sudaria exsolvi jussit*: Hæc peccatum notant, quæ sudorem Christo sanguineum expresserunt, Luc. 22. v. 44. ut peccati piaculum: sicut Adamo primo fuit peccati supplicium, Gen. 3. v. 19. solvimur autem ab ipso Christo istis peccatorum sudariis, quia iisdem ligamur & veluti captivi tenemur, Rom. 7. v. 14. Esa. 50. v. 1. 2. Mich. 7. v. 19. donec in hoc corpore sumus, Rom. 7. v. 24. sive viventes, sive morientes, nam adhuc peccati radix manet, quæ in resurrectione per Christum funditus tollitur, cujus beneficio victoriam plenariam contra peccatum, consequimur, 1. Cor. 15. v. 57.

### CHRISTUS A PECCATIS

mundatur.

915. Psal. 22. v. 15. *Sicut aqua effusus dicitur*. Hoc arguit summam animi tristitiam, quæ cor, velut cera liquefacta, effusum fuit: Indicat simul meriti Christi efficaciam: Ut aqua enim expiationis nostræ effusus

E e 2

est,

est, quâ à peccatis & impuritate, Ezech. 16. v. 4. mundaremur.

### CHRISTUS SACERDOS EXPURGANS SANCTUARIUM.

916. Lev. 16. v. 16. *Sacerdos sanctuarium ab immunditie & peccatis filiorum Israel expiavit: Corda nostra sunt Dei sanctuarium, in quo ipse habitare vult, 2. Cor. 6. v. 16. quæ que ille sanguine suo purificat, Ebr. 9. v. 14 fide applicato, Act. 15. v. 9.*

### SANGVINE CHRISTI mundamur.

917. Sanguine agni limina tingebant Israëlitzæ, & occisor præteribat, Exod. 12. v. 7. Ita Christi sanguine limina cordium aspergenda sunt, ne pater homicida ille, Satanas, noceat, Joh. 8. v. 44. *Aaronis, Exod. 29. v. 21. vestes sanguine arietis conspergebat Moses: Nostræ vestes sanguine Christi tingendæ sunt, quia sine illo sunt pannus menstruatus, Esa. 64. v. 6. Septies sanguine iuvenci contra velum spargebat sacerdos, Levit. 4. v. 6. Velum est ira Dei, quæ gratia faciem obvelat: At Christi sanguine aspergitur, & sic placatur: Christus enim vestem habet sanguine aspersam, Apoc. 19. v. 23. & multas gentes aspersurus, Esa. 52. v. 15. Hinc corda piorum aspersa sunt, Heb. 10. v. 22. per sanguinis Christi asperisionem, 1. Pet. 1. v. 2. qui melius loquitur, quàm Abelis, Heb. 12. v. 24.*

### CHRISTI SANGVINE mundamur.

918. *Eleazarus spolia à Midianitis raptâ aquâ expiationis purgavit, Num. 31. v. 23. Christi nos spolium ab infernalibus Midianitis eripuit, Esa. 49. v. 24. 25. Luc. 11. v. 22. à potestate tenebrarum, Col. 1. v. 13. ereptos, aquâ expiationis verâ lustrat, sanguine scilicet suo,*

fuo, qui ex latere ipsius fluxit, quo purgamur, 1. Joh. 1. v. 7. lavamur, Apoc. 1. v. 5. & vestes nostræ mundantur, Apoc. 7. v. 14.

### OBLATIO CHRISTI gratissima.

919. *Libanus non sufficit ad succensum, nec animalia ad holocaustum*, Esa. 40. v. 16. Merita humana, & quicquid bonum est in oculis nostris (phrasi scripturæ) Deum placare non potest. (Libanus allegoricè significare potest omnia humana merita, ob celebritatem montis illius, in scripturis) Solum Christi meritum sanctissimum peccata expiat, & odorem bonæ fragrantiae Deo præbet, Ephes. 5. v. 2. quamvis Libanus sit, hoc est, mons meritorum integer, candidus justitiæ humanæ fulgore, qualis erat illius justitia Pharisæi, Luc. 18. v. 11. splendidus altitudine. Ita Pharisæorum merita splendida, Matth. 6. v. 1. 2. vastus multitudine. Hanc multitudinem exponebat Pharisæus ille, Luc. 18. v. 11.

### CHRISTUS INTERCESSOR.

920. 1. Reg. 8. v. 22. *Salomon stans coram altari pro populo Dei precatus est Deum, ut is preces illas exaudiret, & gratum haberet templum suum*: Ita Christus coram altari crucis stetit, pro populo suo oravit, tam immorigero, Psal. 18. v. 44. dicens: Dimitte illis, pater; quam morigero; Utriusq; salutē sitiit, *sitio*, ait in cruce.

### CHRISTUS INTERCESSOR.

921. *Moses in confractione stetisse dicitur*, Psal. 106. v. 23. & *avertisse excandescentiam Domini*: Talis mediator Christus maximè fuit, qui irruptionem Dei, ob peccatum hostis nostri, impediit, ejus spicula & furorem suo corpore excepit in cruce, & in die iræ Domini in prælio stetit, quod nobis erat impossibile,

Ee 3

Rom.

Rom. 8. v. 3. excandescantiam Domini evertit, ut jam non simus amplius filii iræ, Ephes. 2. v. 3. sed gratiæ, Joh. 1. v. 16. 17. qui ad thronum gratiæ plena fiducia accedere possunt, Hebr. 4. v. 16.

## CHRISTUS PATIENS IRAM

Dei portavit.

922. Gen. 22. v. 6. *Abrahamus ignem & gladium ad immolationem Isaaci attulit*: Tanto Dei amore arsit, ut proprii erga filium amoris oblitus sit; sic Deus Pater ipse mactaturus filium suum, non tantum libidini Judæorum eundem commisit, sed & ipse gladium & ignem iræ suæ attulit, illum acuendo, & ferire jubendo, Zach. 13. v. 7. Matth. 26. v. 31. Joh. 14. & 16. & 18. hunc insufflando: unde Salvator pressus mole iræ paternæ exclamavit, Psal. 22. v. 2. Matth. 27. v. 46. *Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me?*

## CHRISTUS DEO NOS

placans.

923. *In capite gestat iridem*, Apoc. 10. v. 1. *ut significet*, se nostrum caput esse. 2. *Capitis declinatione se reconciliatori colophonem imposuisse*. 3. *Ut Reconciliatorem coram patre semper apparere*, 1. Joh. 2. v. 1. 2.

## CRUX ET MORS CHRISTI

liberant nos à judicio.

924. Gen. 32. v. 10. *Jacobus dives rediens agnovit se in baculo Jordanem trajecisse*: Ita Christus post resurrectionem divitiis justitiæ nostræ instructissimis resurgens, Rom. 4. v. ult. cum in crucis baculo antea divini judicii (Jordan) fluvium trajecisset. Hinc baculus & virga nostra est pastor ille fidelis, Psal. 23. v. 4. Joh. 10. v. 12.

CHRI-

## CHRISTUS MEDIATOR A POENA

&amp; malis liberat.

925. Num. 16. *Plaga cessavit, v. 46. seq. Aaron iram Domini placavit, plagam à populo avertit, factò suffitui: sic Christus, Eph. 5. v. 2. Heb. 5. v. 7. iram patris placavit & mortem æternam iustulit, 1. Cor. 15. v. 55. Stabat medius vivos inter & mortuos Aaron: Sic Christus in ara crucis, inque sepulchro stetit inter vivos mortuosq; quando ipsius mors nobis vita facta est, 2. Tim. 1. v. 10.*

## CHRISTUS NOSTRA

reconciliatio.

926. Ezech. 45. v. 15. *Aries de grege, quem nutrit Israel, offerendus erat in pacifica: Christus est aries ille, quem nutrit Israel, (Christus enim inter Israelitas nutritus & educatus) in pacifica oblatu, Rom. 5. v. 10. 2. Cor. 5. v. 18. Eph. 2. v. 16.*

## CHRISTUS ETIAM ANGELIS

nos in gratiam reposuit.

927. *Peccato per Adamum commisso, angelus viam custodiebat, ad arborem vitæ ducentem, Genes. 3. v. 24. Adamo secundo Christo salutem restituyente, angeli viam ad arborem vitæ non custodiebant, sed patefactam significabant, dicentes: Annuncio vobis gaudium magnum, Luc. 2. v. 10.*

## PASSIONE CHRISTI DIABOLUS

destructus.

928. Jer. 50. v. 23. *Malleus universa terræ fractus Babylon dicitur.*

1. *Infernus & regnum Satanæ malleus universæ terræ vel hominum sunt: Omnes enim huic malleo subjecti.*

2. *Hic confractus est, cùm Christus infernum*

E c 4

victi-



victricis dextra evertit, descendens ad inferos, Ole. 13. v. 14. 1. Cor. 15. v. 54-55. Eph. 4. v. 8. & captivitatem captivam duxit, Psal. 68. v. 19.

3. *Malleus* autem Satanæ fuit: Omnes enim extra Christum sub tyrannide Satanæ, Roman. 5. v. 12. seq. Eph. 2. v. 3.

4. Hunc autem malleum Christus contrivit, cum Satanæ caput contrivit, Gen. 3. v. 16. sub pedibus suis, 1. Cor. 15. v. 25. cum in similitudine carnis peccati apparuit, Rom. 8. v. 3. 2. Cor. 5. v. 21. & instar serpentis maledicti suspensus est, Gal. 3. v. 13. cujus rei typus, Num. 21. v. 8. Joh. 3. v. 14. Joh. 12. v. 32. *Maculis quoq; serpentinis corpus Christi conspersum fuit*, quando ægri tudines nostras portavit, Esa. 53. facies sputo conlperfa, maxillæ verberatæ, caput coronatum spinis, latus lancea pertusum, pedes & brachia clavis transfixa. Hæc omnia erant peccati maculæ velut, quas in se, nostri causa Dominus suscepit.

### CHRISTUS PATIENDO

Diabolum vicit.

929. 1. Sam. 5. v. 1. *Arcam Philistini in domum Dagonis locarunt, in quâ Dagon ipse prostratus jacuit, capite & manibus truncatis inq; limine impositis, v. 4.* Ita Judæi Christum in sepulchrum posuerunt, morte affectum. Ac tum infernalis Dagon prostratus morte Christi, eò veluti in sepulchro capto, & capite plane truncatus fuit, 1. Cor. 15. v. 55.

### CHRISTUS PATIENDO

Satanam vicit.

930. *Pharao Moſen, virtutem divinam ſpernens, toties miraculis comprobataſ perſequutus ad mare, in eodem ſuffocatus eſt.* Sic Diabolus Christum ad passionis

nis mare persequutus in eodem suffocatus est, 2. Tim.  
1. v. 10.

## CHRISTUS SATANAM

devicit.

931. *Conquassabit capita in terra multorum*, Pl. 110.  
v. 6. Quassator ille Christus, qui caput infernalis ser-  
pentis contrivit, Gen. 3. v. 16. Satanamque sub pedi-  
bus suorum credentium subjecit, Rom. 16. v. 20. in-  
choativè in hac vita subjectis sibi omnibus potestati-  
bus, 1. Cor. 15. v. 24. 25. etiam ipsi piis, qui Satanam  
flammis adjudicaturi, 1. Cor. 6. v. 2. & cum Christo  
fessuri, Eph. 2. v. 6. *in terra verò multorum*, hoc est, o-  
mni, vel ubique locorum strages illa facta est; Re-  
gnum enim Christi est ubique. Ubi autem Christi re-  
gnum, ibi de hostibus triumphus, ubi triumphus, ibi  
devicti hostes.

## CRUCI CHRISTI SATANAS

affixus.

932. *Isabel clavo Sifferam occidit, in utramvis au-  
rem dormientem*, Jud. 4. v. 21. Ita Satanæ caput clavo  
crucis affixum est, Coloss. 2. v. 14. securi jam & nihil à  
moriente Christo sibi metuentis.

## SATANAS IN CHRISTO

in crucem actus.

933. *Josux 8. v. 29. Rex Hai in crucem actus est: Sa-  
tanus in crucem actus est*, Coloss. 2. v. 15.

## CHRISTUS INFERNUM

evertit.

934. *Jud. 16. v. 30. Simson cum jam captus videretur,  
gauderentque hostes ipsius, ex improvise, columnis do-  
mus evulsis, ingentem inimicorum stragem fecit: Ita  
Christus verus Simson, (nam Simson solis virum  
notat, Christus autem Sol est, Malach. 4. v. 2.) cum*  
Ec 5

jam

jam morti occubuisse videretur, dirutis inferni columnis totum regnum Satanæ evertit, quando peccatum obfignavit, Dan. 9. v. 24. chirographum legis expunxit, Col. 2. v. 14. & mortem absumpsit, 1. Cor. 15. v. 54. Hæ erant inferni columnæ, quas morte Christus destruxit.

### CRUX CHRISTI DAMNATIONE nos liberat.

935. 1. Reg. 18. v. 44. *Helias iussit Achabum currum jungere, ne inundatio aquarum eum apprehenderet*: Currus, quem nos jungere debemus, crux Christi est, cujus beneficio inundationes peccatorum, quæ nos apprehendunt, Psal. 40. vers. 13. & damnationis peccatoribus infligendæ effugimus, Psal. 32. v. 6.

### CHRISTI VULNERA, NOSTRÆ salutis canales.

936. *Jacob pastas oves potabat ex canalibus*, Gen. 30. vers. 38. *Potus noster spiritualis ex solis Christi vulneribus hauritur*, quia oves pascuæ ipsius sumus, Psal. 100. v. 2. Joh. 10. v. 14. Hebr. 13. v. 20. 1. Petr. 2. v. 25. *Fide autem bibimus*, Rom. 3. v. 25. Sacramenta quoque sunt canales, in quibus virga ex radice Isai ponitur, & anima spiritualiter foeta redditur.

### IN CHRISTI VULNERIBUS abscondimur.

937. Cantic. 2. vers. 14. *Columbamea in foraminibus petrae*. Columba ecclesia est, hæc in foraminibus, vulneribus, petrae Christi est, in his delitescit adversus legem, conscientiaæ terrorem, Rom. 8. vers. 1. & 38.

CHRI-

## CHRISTI VULNERA NOSTRA

janua.

938. Gen.6.v.16. *Ostium fecit in medio laterum arcae Noe.* Christus verum ecclesiae, arcae caelestis, ostium est, factum per vulnera lateris.

## MORTE CHRISTI AEDIFICATI.

939. *Eva ex latere Adami dormientis sumpta est,* Gen.2.v.21. Ecclesia verè Eva, mater viventium, ex latere Adami secundi dormientis facta est, ut Christi latus esset peccati remedium, cum Adami latus dedisset peccati infelix medium, sceminam, 1.Tim.2.v.14.

## BENEDICTI.

940. *Jacob moriturus manus expandit super filios, benedictionem eis precatu,* Gen.48.v.14. Caelestis Jacob Christus manus expandit super nos, distendens brachia in cruce, benedictionem adferens, maledictionem auferens, Gal.3.v.13. Act.3.v.25.

## MUNDATI.

941. *Vestimenta exuit Christus, loturus pedes discipulorum,* Joh.13.v.4. Immunditiam nostram purgaturus, Apoc.1.v.5. Ezech.16.v.4. pedes nostros in viam pacis directurus, Luc.1.v.79. vestimentum corporis exuit sui, ut nostrorum corporum sordes lueret, Hebr.10.v.2.

## SERVATI.

942. *Arundo in Christi manus jam morituri posita fuit,* Matth.27.v.29. omnes homines instar arundinis sunt facile dissipandi à vento tentationis, turbinem excitante aeris principe illò, Eph.2.v.2. In manu ergo Christi mortui, ut sustentemur, ponendi sumus, qui non despiciet nos, Esa.42.v.3.

VIVI-

943. *Ossa mortui Elisai, in sepulchro jacemis ossa vivificarunt*, 2. Reg. 13. v. 21. Ita morte Christi mors absorpta, vita restituta est; & spiritualis, ut vivamus ipsi, 2. Cor. 5. v. 15. & corporalis, ut olim reviviscamus, *Esaia 26. v. 19.*

## RESUSCITATI.

944. Cant. 8. v. 5. *Sub malo sponfam excitavit spon- sus*. Malus illa erat primi lapsus, sub qua jacebamus morte corporali & æterna extincti. Christus autem ecclesiam suam excitavit, arborem crucis conscendens, vitam nobis æternam reddidit, in se adhuc absconditam, Col. 3. v. 3. 1. Joh. 3. v. 14. 1. Joh. 5. v. 11. & 20.

## CRUX CHRISTI NOSTRA

requies,

945. *Elia à Jesabele fugiens in desertum, sub junipero requievit*, 1. Reg. 19. v. 4. Peccatum Jesabel est, malum illud circumstans, Hebr. 12. v. 1. cor nostrum Jesabel est, nos damnans, 1. Joh. 3. v. 20. *Fugiamus hanc*, ad crucis arborem, serpentem æneum intueamur, Joh. 3. v. 14. c. 12. 32. Vera parata requies est, Matth. 11. v. 29. Crux ergo Christi verus est Goliathi gladius, quo ipsemet occisus est. Est Jacobi baculus, quo Christus divini judicii fluvium trajecit. Gladius ille durus, quo infernalis Leviathan visitatus est, Esa. 27. v. 1. Crux est vera iris, signum placiti Dei certissimum, Coloss. 2. v. 14. Jacobi scala, Gen. 28. v. 12. cujus beneficio in cœlum conscendimus, Joh. 12. v. 32. *Hamanis arbor*, in quo Diabolus suspensus, Clypeus Josuæ celestis, quem elevans hostes fugavit, Jos. 8. v. 18. 19.

CHRISTUS VERE SACERDOS ET MA-  
jor sacerdotibus V. Test.

946. 1. *Perpetua duratione*. Sacerdotes enim veteris

ris Testamenti ad tempus officio fungebantur : in morte eodem se abdicare cogebantur. Christus autem sacerdos in æternum, Psal. 110. v. 4.

2. *Vera administratione.* Sacerdos summus semel in anno, non sine sanguine ingrediebatur sanctum sanctorum, Lev. 16. v. 2. seqq. Christus suo ipsis sanguine cælum ingressus est.

3. *Uctione.* Ungebatur sacerdos summus : Christus oleo lætitiæ unctus est, Psal. 46. v. 8.

4. *Lotione.* Moses Pontificem aqua lavit, lotum consecravit, consecratum vestibus induit, indutum unguento pretiosissimo perfudit : Christus pontifex summus aqua in baptismo lotus, Matt. 3. in deserto jejunando consecratus, vestibus instructus innocentia, oleo perfusus lætitiæ, cujus fragrantia in omnes corporis myltici partes promanavit : ex illius enim plenitudine omnes accepimus, Joh. 1. v. 16. Confer. Psal. 68.

5. *Negata immolatione.* Pro peccatis sacerdotis vitulus oblatus, aries in holocaustum totus incensus, alius quoque aries in hostiam pacificam oblatus, cujus sanguine extrema dextræ auriculæ, dextræ manus pollex, dextrique pedis inunctus : Christus peccatum non habuit ; pro nostris se peccatis obtulit hostiam pacificam, cujus sanguine aures nostras, ut bene audiamus, pollicem manus, ut bene operemur, pollicem pedis, ut bene ambulemus, inungit.

6. *Vestium significatione :* Linea tunica sacerdotis summi Christi notat innocentiam, hyacinthina cælestem vitam, varietas colorum virtutum copiam, tintinnabula doctrinam auream, mala punica civitates & oppida prædicatione evangelii completa, lapides pretiosi Christi cor, pectorale doctrinam & veri-

veritatem, superhumerali crucis gravitatem & regni in statu gratiæ, purpuræ sanguinem significare possunt.

## ARTICULUS XIV.

## DE OFFICIO REGIO.

## I. REGNO POTENTIÆ.

## REGNUM POTENTIÆ CHRISTI.

947. Gen. 41. v. 43. *Currus vectus Josephus declaratusque pater patriæ.* Regnum potentiæ Christi figuratur, quod, quoad plenarium exercitium, post resurrectionem gloriosam aggressus, Ecclesiæ suæ caput declaratus, superque omne nomen erectus, Ephes. 1. v. 20. seq.

## CHRISTI OMNISCIENTIS

providentia.

949. Zach. 3. v. 9. *Septem oculi erant in uno lapide:* Hic Christum notat, Psal. 118. v. 22. Esa. 28. v. 16. in quo omniscientia & gubernatio rerum omnium. Septem autem sunt oculi ad judicandam summam perfectionem.

## OMNIPOTENTIA CHRISTI.

950. *Thronus Salomonis sex gradibus altus erat:* 1. Reg. 10. v. 19. Dominium & thronus ejus, qui major est Salomone, sex quoque gradibus constat. Nam imperat omnibus creaturis, spatio sex dierum creatis. Hinc potestatem habet omnis carnis, Joh. 17. v. 2. omnis potestas ipsi data est, Matth. 28. v. 18. portat omnia verbo potentiæ suæ, Hebr. 1. v. 3. omnia sub pedibus ejus subjicit Hebr. 2. v. 8. Pater.

## CHRISTO OMNIA DATA.

951. Genes. 25. v. 5. *Abraham omnia Isaac dedit:* Ita Deus pater omnia Christo, ut cœlesti Isaac donavit,

navit, Matth. 15. v. 28. Dan. 7. v. 14. Joh. 17. v. 2. Eph. 1. cap. 22.

### CHRISTI REGNUM IN MEDIO inimicorum.

952. *Sifera de curru desiliit, postquam in fugam a-  
elus est à Barack, Jud. 4. v. 15.* Ita inimici Christi, quo-  
rum in medio Christus regnat, Psal. 110. v. 2. confun-  
duntur, & fugiunt cum infernali Sifera.

#### ARTICULUS XV.

### DE REGNO GRATIÆ, VARI- isque in eo bonis.

#### CHRISTI REGNUM GRATIÆ.

953. *Adamus primus Ecclesie fundamenta jecit non  
perfecit: Adamus secundus Christus hoc fecit in regno  
gratiæ.*

1. Non secus ac David materiam templi collegit,  
1. Chron. 30. v. 2. Salomon formam addidit & con-  
summavit, 1. Reg. 6.

2. David erat vir belli & sanguinum, 1. Chron. 20.  
v. 3. Ita Adamus erat vir sanguinum ob peccatum.

3. Salomone ergo opus erat, rege pacis & princi-  
pe, qui Christus Esa. 9. v. 6. Hic est ille, electus ille  
inter omnes filios filius, ut unigenitus ille, (ut 2. Chr.  
29. v. 5. de Salomone dictus) qui domum sanctuarii  
Domini ædificavit: hoc est, ecclesiam, in quâ sola san-  
ctitas.

### BENEDICTIO PER GRESSUM in regno gratiæ.

954. *Ex Josepho venient benedictiones super Naxi-  
raos, Genes. 49. vers. 29.* Christus est verus Joseph.  
Per hunc veniunt omnes benedictiones in omnes  
Naziræos, hoc est, vera fide adherentes, Galat. 3. v. 14.  
Hi verè sunt Naziræi, hoc est, separati, per veram  
fidem



fidem scilicet, cujus respectu in Christo tuos sibi separat Deus, Joh. I. v. 12. cap. 17. per tot. Hæc est

1. *Benedictio cœli*, d. I. v. 25. quia benedixit nobis in cœlestibus, Ephes. I. v. 3. & 20. cap. 2. v. 6. In regno cœlesti suo consummative benedicit, Matth. 25. v. 34. 2. Tim. 4. v. 18.

2. *Benedictio abyssi*, hoc est, fontium salutarium, rivorum spiritualium, aquis gratiæ scaturientium, Esa. 12. v. 3. ex abyssu inexhaustæ misericordiæ Dei, & quia ex suæ bonitatis abyssu nobis in abyssu damnationis hærentibus benedixit, Zach. 9. v. 11.

3. *Benedictio uberum*, quia largissimam consolationem suppeditat. Esa. 66. v. 11. hæc sunt ubera mystica, de quibus sæpius in Cant. cap. 1. v. 2. 3. 14. c. 4. 10. Ubera quoque hæc spiritualem ecclesiæ multiplicationem significant, quæ in Christo fit tanquam vera vitæ arbore.

4. *Hæc benedictio Dei Patris vere confortata est in Christo*, præ benedictionibus Patrum in V. Testamento, utpote, qui omnes suis benedixerunt, in Christo futuro, omnis benedictionis fonte. Quod ergo Jacobus de sua benedictione, ejusque prærogativa dixit, d. I. v. 26. multò magis de benedictione Dei Patris in Christo dicere possumus.

#### CHRISTI CLAVES.

955. *Christus habere claves dicitur*: Aperit enim & nemo claudit, Apoc. 3. v. 7. Habet clavem

1. *Mortis & inferni*, Apoc. I. v. 18.

2. *Veram* quoque habet *clavem scientiæ*, quia aperit scripturas, Luc. 24. v. 45. & 32. per parabolas Matth. 13. v. 35. cœlum petentibus, Matth. 7. v. 7. aures surdorum, Marc. 7. v. 35. & spiritualiter & corporaliter tallium.

3. *Cœlum*, Joh. I. v. 51.

4. *Suum*

4. *Suum ipsius pectus per vulnera*, Johan. 19. v. 34. Cor nostrum, Act. 16. v. 14. verbi ostium, Col. 4. v. 3. secreta & occulta, Hebr. 4. v. 13. librum providentiæ, Apoc. 5. v. 2. cùm futura Prophetis revelavit. Christus verus est Eliakim, Esa. 22. v. 22. Adamus cum Sebna comparari potest, qui peccati sepulchrum in paradiso sibi fecit, v. 16. alleg. sedem in rupibus, hoc est, altissimam affectavit, cupiens esse Deo similis. Verùm Deus illum projecit, rejecit, ut thesaurarium inutilem, malum dispensatorem; circumgyravit eum, in hoc mundo vento miseriarum & calamitatum instar globuli, morti eundem subjecit, Rom. 5. v. 12. currus elegantissimos, (ut Sebna, d. l. v. 18.) reliquit Adamus, hoc est, imaginem amisit Dei, non sine ipsius Dei ignominia: & ita remotus est ab officio, ut Sebna d. l. v. 19. Christus autem verus est Eliakim.

1. *Nomine*. Eliakim significat *Deum surgentem*: Christus verus Deus surrexit, 1. Joh. 5. v. 20. & dispersi sunt omnes inimici ejus, Luc. 1. v. 74.

2. *Servitio*, d. l. v. 20. Christus quoque servus factus nostri causa. Vid. in Ind. Christus servus.

3. *Tunica* Sebnae impii thesaurarii indutus Eliakim v. 21. Adami tunicam peccatoris, sine peccato Christus induit, Rom. 8. v. 2. 3. Galat 3. v. 13.

4. Cingulo veritatis & gladio verbi accinctus fuit Christus, Psal. 45. v. 4. Baltheus regie majestatis index est.

5. Verè Christus *pater est omnium*, Hierosolymis habitantium, quæ sola est in Christo, Rom. 5. v. 1. imò & frater est, Psal. 22. v. 23. Nomen tuum prædicabo fratribus meis, & Joh. 20. v. 17.

6. Claves Christus habet.

1. In iudicium supremæ potestatis in ecclesia & regno gratiæ.

2. In humeris habet claves Christus, quo oneris & gubernationis gravitas notatur; cùm in humeris gravia portemus: Ministri claves quoque habent, sed non in humeris. Principatus enim Christi est super humeros ejus, Esa. 9. v. 6. & ipse nos oves errantes in humeris suis portavit solus, Luc. 15. v. 5. Esa. 63. v. 3. Verùm in manibus gestant claves regni cœlorum.

Indicatur simul assiduitas indefessa, quòdiple Christus portet claves has in suis humeris.

### CAPUT ECCLESIE

Christus.

956. *Jacobus peregrinans, Sole occumbente & nocte ingruente, caput suum lapidi imposuit, qui evit, Gen. 28. v. 11. Ita Ecclesia hic peregrinans, 2. Cor. 6. Solem consolationis sæpe occumbere sibi sentit, & noctem tribulationum ingruere. Semper tamen capiti suo innititur, hoc est, Christo, qui est lapis ille angularis, Eph. 2. v. 20. innixa dormit somnum mortis cum Lazaro, donec expergefata die judicii, verè cum Jacobo dicere possit: Verè hic est domus Dei & porta cœli, in cœlum ipsum & vera vita. Tunc enim apparebit, quid nos simus, Joh. 3. v. 2. Vera perfectio apparebit, Col. 3. v. 4.*

### CHRISTUS CAPUT ECCLESIE.

957. *Hominem in paradiso posuit Deus, Gen. 2. v. 8. Hic Adamus erat, malus commissorum bonorum dispensator, ideoque etiam à Deo paradiso expulsus est: At in ecclesie suæ horto alium posuit Θεὸς ἄνθρωπον Christum, qui caput ecclesie constitutus, Eph. 1. v. 22.*

Omnia-

Omniaque restituit, Rom. 5. v. 17. 1. Corinth. 15. v. 22.  
Christus verè caput est,

1. *Ob situs rationem* : Christus exaltatus super omnia ecclesiæ membra.

2. *Ob membri dignitatem* : Christus nomen super omne nomen accepit, Phil. 2. v. 9. Dan. 7. v. 14.

3. *Ob dominationem* : Christus omnibus membris dominatur.

4. *Ob sensus communicationem* : Christus spiritua- lem sensum membris communicavit, Eph. 2. v. 20. seq.

5. *Ob mirabilis capitis dispositionem* : Christus caput nostrum verè mirabilis est, Esa. 9. v. 56. &c.

6. *Ob corporis dependentiam* : Ita totum ecclesiæ corpus à Christo dependet, Rom. 12. & 1. Cor. 12.

CHRISTUS PASTOR

occisus.

958. *Ovium pastor Abel fuit, à Caino occisus*, Gen. 4. v. 2. Suarum ovium fidelissimus pastor Christus est, Joh. 10. v. 12. ab infernali Caino in ara crucis occisus. At Abelis occisi sanguis clamavit de terra contra Cainum, Hebr. 11. v. 4. Ita Christi sanguis multò magis clamat contra Satanam, Hebr. 12. v. 24.

CHRISTUS VERUS

pastor.

959. *Core, Dathan & Abiram*, pontificatus hono- rem invidentes, cum starent contra Aaronem, facto ipso refutati sunt, virga florente, Num. 16. v. 3. cap. 17. v. 3. seq. Ita Pharisei à Christo, cui honores summi Pontificis detrahebant, refutati sunt, monstrata virga pastorali, ejusque velut per opera miraculosa floret.

CHRISTUS FIDELIS  
pastor.

960. Gen. 31. v. 40. *Maxima fuit Jacobi in pascendis ovibus Labani diligentia, diu noctuq<sup>3</sup>, astu urgebatur geluq<sup>3</sup>, fugiebatq<sup>3</sup>, somnus de oculis ipsius.*

1. Multò major Christi diligentia fuit in pascendis ovibus spiritualibus, qui nullo periculo exterritus, se totum pro salute ovium devovit, *Astum iræ Dei sensit in cruce; Gelu charitatis paternæ velut sensit, cum exclamaret: Deus, cur me dereliquisti? Pfal. 22. v. 2. Somnus ab oculis ipsius fugit, cum in passionis nocte non dormivit, sed sanguinem emisit in sudore: charitatem nobis suam probavit in orationis fervore.*

2. *David leonem & ursum, ovem de grege tollentem, interfecit, 1. Sam. 17. v. 35. Sic Christus leonem & ursum infernalem oves rapientem, interfecit & devicit, Johan. 10. v. 15. tanquam magnus pastor ovium, Hebr. 13. v. 20.*

CHRISTUS EST FIDELIS  
pastor.

961. 1. *Ob ovium vocationem.* Vocat oves suas, Joh. 10. Hoc indicat summam Christi curam, providentiam.

2. *Ob deductionem.* Ducit oves suas in pascua bona & aquas salubres, Pfal. 37. v. 4. Soph. 3. v. 13. Pfal. 23. v. 2. solatii. refrigerii, ipsius Spiritus Sancti, Esa. 20. v. 20. *in loco pascuæ, oves pascuæ, Pfal. 100. v. 2. uberimæ, Ezech. 34. v. 14. Christo enim duce pascuam inveniæmus, Joh. 10. v. 9. Aquæ salutares verbum Dei: in altera quoque vita ad aquas vivas nos ducet, Apoc. 7. v. 20.*

3. *Ob gubernationem.* Regit & gubernat eas, ne à grege

grege aberrant, & in devia ferantur. Regit per Spiritum Sanctum, Rom. 8. v. 14. Spiritum bonum in terra recta, Psal. 143. v. 11. Manuetos in via, Psal. 25. v. 9. per verbum, ne defleant à via, Esa. 30. v. 20. hoc est, pedum, quo in viam pacis diriguntur per Christum, Luc. 1. v. 79. in quo pax, Rom. 5. v. 1.

4. *Ob sustentationem.* Gravidas in sinu gestat, ægrotas curat, sanat, &c. In solitudine hujus mundi, Ex. 15. v. 13. cap. 19. v. 4. portamur, & quidem in utero divinæ misericordiæ, Esa. 46. v. 3. cap. 63. v. 9. Jerem. 23. v. 39. in brachiis omnipotentis, Oseæ 11. v. 3. Fœtas ipse portabit, Esa. 40. v. 11. in sinu. Post hanc vitam etiam oves suas in sinum Abrahamæ colliget, Luc. 16. v. 22. *Ægrotas quoque curat*, partim nostras ægritudines portando, Esa. 53. v. 4. partim verbo sanando, Pf. 147. & 103. v. 3. & sacramentis vulnera obligando, Jer. 30. v. 17. Luc. 10. v. 34. Sanat quoque ægritudines crucis, Job. 5. v. 18. Ose. 6. v. 1. Sustentat nos per pedum verbi, Esa. 28. v. 16. Quamvis autem officio suo tam sedulus fungatur: tamen mundus hunc spernit pastorem, amat lupum. Ægyptii pastores abominabantur, Genes. 46. v. 34. Tales sunt mundani homines, quorum stultæ sapientiæ sordet Christi humilitas pastoritia. De Josepho egressus est lapis & pastor, Gen. 49. v. 24. Ex Josepho spirituali nostro egrediuntur pastores, de quibus Eph. 4. v. 11. Jer. 3. v. 15.

5. *Ob loci mutationem.* Convolvunt tabernacula sua nonnunquam pastores, & ad alium migrant locum: Ita Christus verbo suo ad certum locum non est alligatus.

6. *Ob ovium defensionem.* Defendit oves suas Christus, Jer. 31. v. 10.

7. *Ob visitationem errantium,* Ezech. 34. v. 12. Ita

Ff 3 &

& Christus quærit errantes oves, Luc. 15. v. 4. 1. Petr. 2. v. ult. non fugit. Pastores Gergaseni dereliquerunt gregem in mare præcipitatum à spiritibus immundis, Matth. 8. v. 33. Præcipitati eramus in mare damnationis & miseriarum à Satana per Adami lapsum : Præcipitatos non dereliquit nos Christus, sed semetipsum in mare hoc præcipitem egit, ut verus Jonas, ut eos extraheret, salvaret, Joh. 10. v. 11. ut piscis ille. Tob. 6. sanitatem restituens spiritualem, nobis communicatâ intimâ dilectione.

## CHRISTUS OVES

agnoscit.

962. Isaac vocem Jacobi agnovit, Gen. 27. v. 22. Ita Christus voces ovium suarum agnoscit, Johan. 10. v. 4. iis benedictionem impertit, ut Isaac Jacobo.

## CHRISTUS UNUS PASTOR.

963. Reliqui enim omnes, quos ille dat, Ephes. 4. v. 11. 1. Corinth. 12. v. 27. membra sunt illius ; in ipso enim tanquam capite totum ædificium ecclesiæ coagmentatur, Eph. 2. v. 21.

## CHRISTUS SPIRITUM IN

Apostolos effudit.

964. Lev. 16. v. 22. *Aaron thuribulum suum prunis de altari sumptis implevit, & hauriens manu compositum thymiama in sancto egressus est, impositisq; super ignem aromatibus, nebula & vapore oraculum operuit.* Hæc apprime Christo vero Aaroni congruunt, qui sicut & Aaron vocatus est, Hebr. 5. v. 4. Ille ingressurus sancta sanctorum, Hebr. 9. v. 12. thuribula sua implevit. Hæc sunt Apostoli, qui odorem salvificæ cognitionis disseminarunt, 2. Cor. 2. v. 14. Implevit autem prunis de altari sumptis. Prunæ hæc sunt dona Spiritus San-

Et

cti, Act. 1. v. 5. quibus Apostolos implevit De altari  
verò sumpfit, hoc est, de seipso. Ipse enim altare no-  
strum, Heb. 13. v. 10. & de Christo Spiritus Sanctus ac-  
cepit & annuntiavit discipulis, Joh. 16. v. 14. Christus  
quoque thymiana hausit manu, partim ipse, quando  
pro nobis interpellat, Roman. 8. v. 34. Hebr. 4. v. 14.  
partim cum nostras preces exaudit, quæ vera thymia-  
mata, Apoc. 5. v. 8. cap. 8. v. 3. His oraculum, hoc est,  
Christum velut operimus, cum nocte dieque ad illum  
clamamus, Luc. 18. v. 7.

### CHRISTUS MUNDO OFFERT dona sua.

965. Prov. 1. v. 20. & 23. *Sapientia in plateis invi-  
tat homines, ut ad se veniant, spiritumq; accipiant.*

1. *Sapientia illa Christus est*, Matth. 11. v. 19. Luc. 7.  
v. 35. cap. 11. v. 49. I. Cor. 1. v. 24.

2. *Qui clamat in plateis: Venite ad me omnes,*  
Matth. 11. v. 28. per publicum ministerium, Matth. 12.  
v. 19. Luc. 14. v. 21. & manus suas expandit tota die,  
Esa. 65. v. 2. sub alas congregare desiderat, Matth. 23.  
v. 37. Accedamus ergò ad hanc sapientiam cum fidu-  
cia, Heb. 4. v. 16. ne in calamitate nostra rideat, Pro-  
verb. 1. v. 26. regnum gratiæ ipsius non repellamus,  
Act. 13. v. 46.

### CHRISTUS ECCLESIAE SUÆ præfens.

966. *Joseph regiones Aegypti circumibat omnes,*  
Gen. 41. v. 46. Ita Christus mundi regiones omnes cir-  
cumit, regno potentiæ suæ gratiosæ in medio inimi-  
corum dominando, Psal. 110. v. 2. & regno gratiæ, ani-  
mabus necessaria pabula, per verbum & sacramenta  
ministrando; Ecclesia enim toto terrarum orbe di-

Ff 4 sperfa



ſperſa eſt. Ero vobiscum uſque ad conſummationem ſeculi, Matth. 28. v. 20. Hic eſt ille, qui in medio ſeptem candelabrorum obambulat, Apoc. 1. v. 13.

**CHRISTUS OMNIBUS MEMBRIS**  
vigorem ſpiritualem com-  
municat.

967. Eſa. 59. v. 17. *Galeam in capite poſuiſſe dicitur Chriſtus.* Hoc indicatur ipſius ad pugnandum pro ſubditis *promptitudo*, cùm ſe ad prælium accingit: Habet autem galeam in capite: ipſe enim caput eſt ovium, Eph. 1. v. 22. Galeam autem ſalutis habet in capite, quia omnis ſalus ab hoc capite in membra corporis myſtici Eph. 5. v. 25. dimanat, Act. 4. v. 12. Hanc à nemine accepit; ut David geſtavit galeam Saulis, 1. Sam. 17. v. 38. ſed ipſe ſibi impoſuit. Hanc ergo ſalutis galeam à Chriſto accipiamus, Eph. 6. v. 11.

**CHRISTUS RECIPIENS PECCA-**  
tores à Judæis accuſatus.

968. Num. 12. v. 1. *Miriam & Aaron obloquuti ſunt Moſi propter uxorem Æthiopiſſam:* Ita Pharifæi & Scribæ, totaque Synagoga Judaica murmurarunt contra Chriſtum, quòd ille peccatores reciperet, ſequè cum illis in fide & miſericordia deſponſaret, Oſe. 2. v. 19. & 20. Luc. 15. v. 2. Iſta quoque Æthiopiſſæ receptio, ſymbolum ſpiritualis noſtri deſponſationis in regno gratiæ.

**VOLUNTAS CHRISTI**  
ſuaviſſima.

969. *Guttur ſponſi ſuaviſſimum dicitur*, Cantic. 5. v. 16. Suavitas illa in dulciſſimis promiſſionibus & invitationibus, Matth. 11. v. 28. *Venite ad me omnes. Guſtemus ergo, quàm ſuavis ſit Dominus*, Pſal. 34. v. 9. qui ſe  
no-

nostri causa in odorem suavitatis Deo obtulit, Eph. 5.  
v. 2. guttur suum aperuit in verbo.

**CHRISTUS GRATIS SUA MUNERA**  
confert, regnum Christi non purpurâ  
venale neque auro.

970. *Elisæus noluit accipere munera à Naamano;*  
2. Reg. 5. v. 16. *Giezi vero accepit, & lepra infectus est.*  
d. l. v. 24. 27. Christus est verus *Elisæus*; *Elisæi* nomen  
ovem notat Dei; Christus vera Dei ovicula est pas-  
sione, Joh. 1. v. 29. mansuetudine, Esa. 53. v. 7. Matth. 11.  
v. 29. Mundavit nos à lepra spirituali peccati sangui-  
ne suo, 1. Petr. 1. v. 19. in lavacro regenerationis, Titum  
3. v. 5. At gratis sine nostro merito, aut redhostimento,  
Ephes. 2. v. 8. *Gratia salvati estis.* Omnia si fecerimus,  
servi tamen inutiles sumus. Qui vero spiritualia bona  
nundinantur, Giezi similes sunt, Simones sunt leprâ  
spirituali avaritiæ, superstitionis, auditores & gre-  
gem inficiunt; audient olim illud Petri Christo judi-  
ce, Petro Assessore, Act. 8. v. 20. Pecunia tua tecum sit  
in perditionem.

**CHRISTI REGNUM GRATIÆ**

calceamento comparatur Pl. 60.

versu 10.

971. *Projiciam calcem meum super Edom.* Re-  
gnum gratiæ, & Christi in eo potentia intelligitur;  
Calceo quid vilius, abjectius est? Christi regno gra-  
tiæ in hoc mundo nihil est vilius, cum non sit de hoc  
mundo. Cives hujus regni calceati esse jubentur &  
muniti evangelio pacis, Eph. 6. v. 15. Hoc gratiæ re-  
gno proterit hostes suos velut sub calcis positos.

**CHRISTUS SEMPER ECCLE-  
SIÆ ÆDEST.**

972. Exod. 13. v. 21. *Columna nubis nunquam desti-*

Ff 5

116-

*uebat Israelitas propius: emes de die, & columna ignis semper comitabatur de nocte.* Hæ Christum designant, qui luce verbi & Spiritus sancti pios, quæ tales, nunquam destituit, Esa 59. vers. 21. sed semper ipse totus adest suæ Ecclesiæ, quam non relinquit orphanam, dum in deserto hujus mundi vagatur, sed ambulat inter candelabra, omnibus diebus adest, usque ad exactam seculi periodum. Confer. Sapient. 10. vers. 17. 18.

## CHRISTI GRATIOSA

visitatio.

973. 1. Sam. 30. v. 11. seqq. *Ægrotum servum Ægyptium, qui Ciglag spoliaverat, David suscepit, aqua reficiendum & pane refocillandum.* Quo factò, spiritus & vita ad ægrotum rediit: Ita nos omnes ægroti sumus spiritualiter, pradones facti non Ciglag, sed paradisi. At tamen ægrotos Christus, ut David cœlestis recipit, aquâ, hoc est, baptismo, & pane, hoc est, sacra synaxi nos refocillat, ut vita spiritualis, quâ per peccatum excidimus, redeat ad nos.

## CHRISTUS OMNIA RESTITUIT.

974. 1. Sam. 30. v. 19. *David omnia restituit, Amalekitas securos oppressit,* vers. 17. Ita Christus omnia nobis restituit, quæ infernales Amalekitæ abstulerant, quos ille securos refurgens oppressit. Omnia autem bona restituit, quæ amiseramus in Adamo, imo majora dedit, quando seipsum nobis dedit, Johan. 3. vers. 16.

## PAX PER CHRISTUM

restituta.

965. *Tempore Josua terra cessavit à bello,* Jos. 11. v. 23. Ita Christo nato, verò Josuâ, hostes spirituales expulsi,

pulsi, profligati, exuti, Col.2. vers. 15. pax restituta, quam Angeli, Luc.2. v.10. & Christus ipse annunciarunt, Eph.2. v.17. Cor nostrum quoque cessavit à præliis, cum Christus nobis datus, Esa.9. v.6. quo duce nulla nobis condemnatio est, Rom.8. v.1. nulla accusatio ibid.34.

## CHRISTUS OMNIBUS VITAM

æternam dat.

976. *David ex æquo spolia divisit, tam iis, qui hostem profligarant, quam illis, qui non usque adeo desudaverant, sed in custodienda suppellectile operam commo-  
daverant, 1. Sam.30. v.24.* Ita Christus vitam æternam ex æquo omnibus daturus, licet gradus in eâ non æquales.

## CHRISTUS SUOS SUSTENTAT.

977. Cant.2. vers. 6. *Læva sponsi est sub capite sponse & dextera amplexabitur eam.* Notatur Christi præsidium in cruce, qui cum pugnandum nobis est, à dextris & à sinistris fulcit nos, à dextris stando, imò dextram ministrando, in quâ jucunditates, Psal. 16. v.11. & salutes, cum pii hâc sustententur, Psal. 63. v.9. Aët.7. v.56.

## SANAT NOSTRA VULNERA

Christus,

978. *Oleum vulneribus infudit Samaritanus, Luc. 10. v.34.* Samaritanus ille Christi figuram gerit, qui vulneribus nostris oleum divina miserationis infudit, de qua Psal. 103. v.8. Exod.34. v.6. Conf. supra cap. 2. de Deo, pag.38. a. 21. Vulnera illa Satanas infernalis Draco, latro, inflixerat, morsu venenata reddiderat, quæ nemo, nisi medicus cœlestis, Exod. 15. vers. ult. curare, nemo nisi verus ille serpens exaltatus

tatus in cruce, Joh. 3. v. 14. cap. 12. v. 32. sanare potuit;  
Confer supra DEI misericordiae oleum.

CHRISTUS PACEM RESTITUIT  
in regno gratiae.

979. *Columba olivæ ramum attulit*, Gen. 8. v. 11.  
Ille pacis symbolum est. Christus vero est vera col-  
lumba, qui pacem attulit, Hebr. 7. v. 2. Ephes. 2. v. 14.  
Mich. 5. v. 5. Hæc est pax conscientiae, Rom. 5. v. 1.  
quam evangelizavit, Eph. 2. v. 17. quæ sempiterna est,  
2. Thess. 3. v. 16. Ideo regnum Christi in pace consistit,  
Rom. 14. v. 17.

CHRISTUS MEDICUS NO-  
ster solus.

980. 1. *Ἀιμορροῦσα omnia in medicos erogaverat*,  
Marc. 5. v. 26. *sanitatem tamen recuperare non poterat*:  
Ita frustra salutis media extra Christum quaerimus,  
quia omnes sanguinis profluvio spirituali laboramus,  
Ezech. 16. v. 9. Ad Christum nobis confugiendum, qui  
medicus ille ægrotorum, Matth. 9. v. 12. Curator vul-  
nerum, de quibus Esa. 1. v. 6.

2. *Verè Christus arbor est*, cujus fructus escam præ-  
bent, folia medicamentum, Ezech. 47. v. 12. Simul ac  
tetigit hanc arborem mulier, vim divinam exseruit,  
& afflictam mulierem liberavit, Luc. 8. v. 44. Christus  
verè lignum illud vitæ, omnibus suis partibus fructifi-  
cans, omni tempore, Apoc. 22. v. 2.

1. Rami hujus arboris brachia sunt, quibus oves  
suas collegit, Esa. 40. v. 11. infantes amplexus est: in  
cruce extendit,

2. Radix pedes sanctissimi sunt, quibus in viam pa-  
cis nobis annunciandæ ivit.

3. Folia verba omnipotentia sunt, quibus omnis  
genc-

generis morbos sanavit. Succus hujus arboris lachry-  
mæ sunt, quas profudit.

4. Fructus omnis generis doctrinæ, dona & mi-  
racula sunt.

### CHRISTUS ECCLESIAM sanctificavit.

981. *Moses tabernaculum, Exod. 40. v. 9. omniaque  
ejus vasa oleo sancto sanctificavit.* Sic Christus oleo Spi-  
ritus sancti ecclesiam suam sanctificavit. Vasa hujus  
omnia ejus viva membra sunt, 2. Tim. 2. vers. 20. 21.  
Hinc spiritus sanctificationis dicitur, Rom. 1. v. 4.  
qui nos per omnia sanctificat, 1. Thess. 5. v. 23. Ezech.  
20. v. 12. in veritate, Joh. 17. vers. 17. per nomen Jesu  
Christi, 1. Cor. 6. vers. 11. & vasa in honorem Domini  
sanctificata, 2. Tim. 2. v. 21. Nostrium ergo erit nomen  
Domini sanctificare, Matth. 6. v. 9. vere credendo &  
sincerè vivendo, nam hoc Christus à patre petiit,  
Johan. 17. vers. 20. & nostri sanctificatio Dei voluntas  
est, 1. Thess. 4. v. 3. & Apostoli præceptum, 1. Tim. 2.  
v. 1. cavereque ne sanctificationem nostram pollua-  
mus, qui enim Christo adhæret, sanctificat se, sicut  
& ille sanctus est, 1. Joh. 3. v. 3. & adhuc sanctificatur,  
hoc est, indes in cursu pietatis proficit: Hoc est præ-  
ceptum Domini, Lev. 19. & exemplum Pauli, 1. Thess.  
2. v. 10.

### ECCLESIAE SUÆ DUCTOR Christus.

982. Apoc. 10. v. 1. *Pedes Christi columna ignis di-  
cuntur:* Christus enim Ecclesiam non deseruit, sed ei  
adest ad finem seculi, Matth. 28. v. ult. omnia implet  
Ephes. 4. v. 10. & instar columnæ ignis, in Ecclesia  
sua ambulat.

1. *Noctem eam ducendo:* nam mera nox est in hac  
vita.

vita. Ergo iter facientibus in hâc miseriarum valle lucem præbet, ut dicere possimus: *Dominus est lux mea, non timebo*, Psal. 27. v. 1. sic Exod. 13. v. 21.

2. *Persecutores terrendo*. Prospicit enim Dominus, de columna ignis terrorem Pharaoni incussit, Exod. 14. vers. 24. currus evertit, mari hostes oppressit: Ita Christus Tyrannis capistrum injicere solet, terrorem incutere, & tandem consummativè in judicio extremo eos opprimit.

### QUALE SCEPTRUM HUIUS regni.

983. 1. *Potentissimum*, quò conteret principes Moabitarum, imo contrivit. Moabitæ omnes impii sunt, qui Moabitarum expriment malitiam, Num. 24. vers. 17.

2. *Gratiâ plenissimum*, quale illud Ahasveri, Esth. 4. v. 11. Sponsa ecclesia est & uxor, cui hoc sceptrum gratiæ indicem Christus porrigit; per quem solum gratia data est. Joh. 1. v. 14. *Gratiâ & veritas per Jesum Christum*. Gratiiosi hujus sceptri apicem solum tangimus cum Esthëra, partim, quia gratiam Christi nondum plenè degustamus in hac vita, partim, quia adhuc majestatem spirat, & cum tremore gaudemus, Psal. 2. vers. 11.

3. *Durabile*: constans ex ferro vindictæ divinx, quâ hostes confringit, Psal. 2. v. 9. quod omnia regna comminuet, Dan. 2.

4. *Insuperabile*, Psal. 45. v. 7. Hebr. 1. v. 8. nulla acceptio personarum est apud Deum, Rom. 2. v. 11. Sceptrâ gratiæ potentibus reges porrigunt: Christus humilibus & abjectis, 1. Cor. 10. Actor. 10. v. 34.

### CHRISTI GLADIUS REGIUS.

984. Psal. 45. v. 4. *Accingere gladiò tuo super femur tuum*.  
1. Gla-

1. Gladius Christi potentiam notat.
2. Gladius crucem quoque notare potest, quâ Diabolus lethaliter vulneratus est, mors mortificata est.
3. Gladius quoque verbo Christi attribuitur. Confer. c. 1. articul. 1. alleg. 10. Verbum enim Dei
  1. Animos conjunctissimorum *disjungit*, Matth. 10. v. 34. *Non veni mittere pacem, sed gladium.*
  2. *Penetrat ad ipsa usque ossa*, Hebr. 4. v. 12.
  3. *Femur humanitatem notare potest.*
  4. *Accinctus est hoc gladio in regno gratiæ, ut innuatur ejus promptitudo & fortitudo ad pugnandum, potentia ad triumphandum*, Job. 38. v. 3. Nehem. 4. v. 18. Prov. 31. v. 17. in quibus locis illa accingendi significatio innuitur.

### CHRISTI CINGULUM regium.

985. Exod. 29. v. 9. & 5. *Aaron & filii ejus balteo cingebantur: Christus verus Aaron balteo quoque cinctus est, regno suo praefectus est: hic balteus*

1. *Justitiæ, qui est in lumbis.*
2. *Fidei, vel fidelitatis in servandis promissis, in custodiendis piis, quos Deus instar cinguli sibi adjungit*, Jerem. 13. v. 11.
3. *Laboris & vigilantia: nam & hanc balteus indicat, qui non otiosus, sed opus aggressuris competit, laxas vestes baltei beneficio constringentibus.*

### CHRISTI SAGITTÆ.

886. Psal. 45. v. 6. *Sagitta tua acuta, populi sub te cadent.*

1. Sagittæ hæ notant potentiam, quam etiam



in remotos exercet : sicut gladius potentiam in propinquos.

2. Sagittæ verbi quoque Christo sunt , per quas corda hominum vulnerat ; Sic Petri cor vulneratum Joh. 6. v. 68. *Domine, quo ibimus ? Verba vita æterna habes.* Confer. Hebr. 4. vers. 12. Judæi in passione retro lapsi. 2. Sam. 1. v. 22. Jonathæ sagitta nunquam abiit retrorsum : Verbum Christi nunquam redit vacuum , Esa. 55. v. 11.

### CHRISTI VESTIS REGIA.

987. Psal. 45. vers. 9. *Myrrha , Aloes & casia vestes tua.*

1. Vestis est Christi humanitas , personaliter considerata.

2. Hæc est myrrha passionis & amaritudinum , quas pro toto genere humano sustinuit. Conf. supr. *Passio Christi est fasciculus myrrhæ.*

3. Aloës sunt Christi vestes. Aloës est succus expressus ex herba , decoctus ad ignem , siccatus ad solem : Christus talis succus est in passione sua , in qua expressus est , ut herba salutifera , decoctus ad ignem propriæ charitatis & paternæ iræ , succum sanguinei sudoris de se emisit , siccatus ad solem in ligno crucis cum sitiit.

Aloës succus est amarus. Tota Christi vita amaritudinibus plena.

Mirabiles succi hujus effectus curare hydropisim , melancholiam arcere. Christi beneficiis meritis , nobis partis , hæc spiritualiter congruunt. Asperge cubile conscientiæ tuæ sacra hæc aloe , mastica fidei ore in verbo , corporis ore ipsum corpus Christi plenum aloe illa , & pravum peccati humorem exsiccabit , corpus

pus animamque confortabit, odore fragrantissimo beabit.

3. *Casía* in vestibus Christi est, quia ipsius merito est æterna salus & justitia, quorum beneficiorum memoria suavissimo odore mentes nostras perfundit, *Casía frutex* est triplici colore:

1. *Candido*, cum primò emicat: Christus in infantia candidus, innocentissimus habitus.

2. *Rubro*, cum adolescit: Ita Christus, parte ministerii rubens habitus est & peccator obiens ab hostibus suis.

3. *Nigro*: Ita Christus plane ut niger & maledictum suspensus est. Confer Plinium lib. 12. natur. hist. cap. 19. de casia.

REGNUM CHRISTI NON EST  
mundanum, longèque diversum  
ab eo.

988. 1. *Ob amplitudinem*. Matth. 28. v. 18. *Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra*: omnis potestas, Joh. 17. v. 2. Psal. 72. v. 8. à mari usque ad mare, Dan. 7. v. 14.

2. *Durationem*. Intereunt alia omnia regna; solum Christi regnum manet, 2. Sam. 7. v. 6. Esa. 9. v. 7. æternus pater, Dan. 2. v. 44. Luc. 1. v. 33. Dan. 4. v. 31. Mich. 4. v. 7.

3. *Potentiam*. Mundanorum regnum arundinea sunt sceptræ, baculi arundinei: At Christi sceptrum ferreum est, Psal. 2. v. 9. Animam & corpus perdere potest, Matth. 10. v. 28.

4. *Opes*, quæ non momentaneæ, sed perpetuæ; aurum fidei, 1. Petr. 1. v. 7. Corona immarcescibilis, 1. Cor. 9. v. 25. 26.

5. *Fortitudinem*, Matth. 18. v. 18. *Portæ inferorum*

G g NOR

non prævalebunt aduersus illud regnum; comminuet alia regna, Dan. 2. vers. 44. armis spiritualibus, 2. Cor. 10. v. 4.

6. *Leges*, quæ non pretio figuntur, aut refiguntur; sed æternæ sunt.

7. *Utilitatem & finem*. In hoc enim regno ex potestate tenebrarum eripimur, Coloss. 1. v. 13. serui Dei efficimur, Rom. 6. v. 16.

8. *Nobilitatem*. Rex enim est regum, & Dominus dominantium in hoc regno, Apoc. 17. v. 14. & cap. 19. v. 16. 1. Tim. 6. v. 15.

9. *Tranquillitatem*, quæ sola est in regno Christi, cum Deo, Roman. 5. v. 1. & alibi regna mundi multis terroribus afficiuntur. Timendi sunt superiores, ut gladius; inferiores, ut fovea. Utrumque Dionysius Tyrannus expressit in nota historia.

10. *Securitatem*. Sors vaga regnorum mundi: In Christi regno sola securitas est, sub alis Regis nostri, Psal. 91.

11. *Affluentiam*. Omnium bonorum in regno Christi copia est, Psal. 34. v. 10. 11. Psal. 23. v. 1. Psal. 36. v. 9. Temporalia si deficiunt, cogites non semper bona esse; sed apparere: cum ergo apparent bona esse, mala sunt; ideoque mala piis in bonum convertit is, qui solus bonus, solus bonorum fons.

12. *Libertatem*. In regno Christi spiritualis libertas est: in reliquis mundanis nobilissima libertas sæpe seruitus est, Gal. 4. Mater, quæ sursum est, libera est, à legis moralis

1. Justificatione.

2. Mal. dictione.

3. Rigore & exactione.

4. A legibus ceremonialibus. Hanc libertatem  
Chri-

Christo debemus, Joh. 8. v. 32. 36. Gal. 4. v. 31. cap. 5. v. 13. Rom. 6. v. 18.

13. *Civium nobilitatem*, qui in regno Christi sunt, & vocantur filii Dei viventis, Osee 1. v. 10. Quid ad hanc nobilitatem addi potest?

### CHRISTUS EST SAGITTA

pura.

989. Esa. 49. v. 2. *Disposuit os meum velut gladium acutum, in umbra manus abscondens me, disposuit me in sagittam nitidam.*

1. Gladius ille verbum est: Confer supra all. 984.

2. Umbra manus Domini potentissima defensio est, quæ aliàs voce umbræ adumbratur, cum sub hac inulti spernamus hostium insultus & technas quasvis.

3. Sagitta quæ sit, patet ex alleg. 986.

4. Pura & tersa sagitta est, electa, nitida, ob doctrinæ Christi puritatem.

5. Hanc sagittam in pharetra sua abscondit Deus, quando verbi sagittam, regnum suum à Judæis abstulit, illud repellentibus, Act. 13. v. 46. Tunc ergò sagittam verbi sui abscondidit, ad gentes migravit Christus, cum frustra inter Judæos laboraret, & vanè vires consumeret, ut dicto loco Esa. v. 4. in-  
nuitur.

### CHRISTUS REGIS OFFICIUM

quomodo expleat.

990. Sæpè enim Rex dicitur, 1. Sam. 2. v. 10. Psal. 2. v. 6. Psal. 45. v. 12. 15. Esa. 6. v. 5. Zach. 9. v. 9. Apoc. 17. v. 14. cap. 19. v. 16. Regis ergò officio fungitur,

1. *Cultum Dei promovendo*. Christus & cultum Dei ipse docuit, Matth. 5. & alibi; & immediato afflatu

Gg 2

do-

doctores nonnunquam percellit, qui cultum restau-  
Pertinet huc tota varum cohors.

2. *Idololatriam abolendo.* Fecit idem Christus, Pha-  
risæorum idololatrias circa legem refutando, Matth. 5.  
gentes idololatrias convertendo, 1. Cor. 12. v. 2. omnem  
idolomaniam abolendo, universali prædicatione E-  
angelii, Matth. 28.

3. *Ministerio providendo:* spectat & hæc cura ad  
pium regem, 2. Par. 17. v. 7. seqq. Christi etiam eadem  
est, Eph. 4. v. 11. dat Evangelistas, Psal. 68. v. 12. & ope-  
rarios in messem, Matth. 9. v. ult.

4. *Hospitium præbendo ecclesie, eamque enutriendo:*  
Ita Pharao hospitium præbuit ecclesie Jacobinæ, Gen.  
47. v. 5. 6. Christus ecclesie suæ præbet in mundi mari  
mitia halcyonia, Psal. 46. v. 3. 4. 5. Matth. 16. v. 18. Ex-  
citat Nicodemum & Josephum Arimatheum, Ebed-  
melechum, ecclesie nutritios fidelissimos, &c. Explet  
omnia pii magistratus officia. Confer, infra cap. de  
diversis vitæ ordinibus.

### ARTICULUS XVI.

#### DE REGNO CHRISTI GLORIÆ.

##### REGNUM GLORIÆ CHRISTI.

991. *Josua*, Zach. 6. v. 11. Coronas ex auro argentiq;  
factas imposuit Zacharias, post liberationem ex capti-  
vitate Babylonica. Josua ille Sacerdos secundum ordi-  
nem Melchisedech, Psal. 110. v. 4. æternus super folio  
suo, Zach. 6. v. 13. Heb. 7. v. 3. magnus sacerdos, Heb.  
10. v. 21. qui post spiritualementis nostri captivitatem solu-  
tam, Psal. 68. v. 19. Eph. 4. v. 10. Esa. 49. v. 25. coronas  
accepit, hoc est, Rex declaratus est super omnem po-  
testatem & omne nomen, Eph. 1. v. 21. & inthronifa-  
tus,

tus, post exantlatam passionem, Luc. 24. v. 26. Coronas autem habet, quia ut rex, donat fidelibus ad mortem, Apoc. 2. v. 10. coronam vitæ, justitiæ, gloriæ: & sic regnum gloriæ in Christi membris inchoatur, cum ipse vident gloriæ, Joh. 17. v. 24. *ut videant gloriæ meam*. Coronæ hæ sunt ex auro & argento, hoc est, gloria excellentissima piorum est in altera vita. Conf. infra de vita æterna.

### CHRISTUS EXCITABIT electos.

992. *Ficus protulerunt grossos, Surge, amica mea, &c.* Sponsi Christi vox est, Cantic. 2. v. 13. Tempus illud ficuum protrudentium gemmas, tempus iudicii est, appropinquante vitæ æternæ vere, clapsaque hujus vitæ hyeme, Luc. 21. v. 29. 30. Surgere jubebit sponsam sponsus, quæ in dormitoriis jacuit, Esa. 26. v. 19. Hæc est beata resurrectio ad vitam, Johan. 5. v. 29. Dan. 12. v. 1.

### CHRISTUS JUDEX.

993. Christus Esa. 59. v. 16. *miratur neminem esse, qui pios ipsius defendat, eorumq; suscipiat curam. Quocirca suo ipsius brachio auxilium fert, justitiam induit, sicut lorica: galea salutis caput munit, vestimenta ultionis assumit, vindictam sumpturus, & quidem ex improviso instar fluminis violenti.* Hæc verba etiam ad ultimi seculi malitiam (completivè) trahi possunt, quo extrema mundi perveritate, de qua Matth. 24. v. 12. 2. Tim. 3. v. 2. Christus compulsus, pios suos ex hoc mundo, per ultimum adventum, liberatum veniet. Dies enim iudicii dies liberationis est, Luc. 21. v. 28. *Justitiam induet, orbem enim in justitia judicabit, Act. 17. v. 31. Psal. 9. v. 9. sicut lorica, quia nihil poterunt impii justitiæ Dei obtendere; sicut lorica tu-*

Gg 3 tum

tum corpus à telis præstat. *Galea autem salutis* in capite erit, nam plena salute reapse suos beabit, quam hic fide sola sperarunt, Rom.8. v. 24. vestimenta ultionis assumet, qua plenam ultionem de omnibus hostibus nostris sumet, 1. Cor.15. v.25. & incredulis, 2. Theff. 1. v.7.8. Ipsius enim est ultio, Rom.12. v.19. *Instar fluminis violenti*, veniet enim illa dies sicut fur in nocte, 1. Theff. 5. v.2. Matth.24. v.44. 2. Pet.3. v.10. Apoc.3. v.3. cap.16. v.15.

### CHRISTUS JUDEX FUTURUS in throno,

994. *Salomonis thronus eburneus erat aureus, sex gradibus, duabus manibus, duodecim leunculis.* Figura est throni judicialis Christi, qui

1. *Eburneus*, ob æquitatem Christi iudicaturi.
2. *Aureus*, ob majestatem, quæ Matth.25. v.13. seqq. describitur.
3. *Sex gradibus*, quia totidem sententiis decretoriis, iudicium promulgabit, Matth.25. v.35,36.
4. *Duabus manibus*, hoc est, iudicio & misericordia, iudicium Christi approbaturis, Matth.19. v.28.

### CHRISTUS AD JUDICIUM.

995. Prov.7. v.20. *Vir meretricis die plena Luna rediit.* Meretrix mundus est, quæ fornicatur spiritualiter sua sibi idola erigendo, fœdus misericordiæ. Ose. 2. v.23. oblatum respuendo, contemnendo maritum, 2. Cor.11. v.2. spiritualement Christum. Interim dum meretrix illa mundana libidinibus suis indulget, die plenæ Lunæ vir revertitur, hoc est, ex improvise plena jam peccatorum mensurâ factâ: & nequitiam mundi coram Sole, hoc est, apertè manifestat.

CHRI-

CHRISTI ADVENTUS AD JUDICIUM  
diebus ultimis.

996. Matth. 14. v. 25. *Vigilia quarta Christus venit ad discipulos in mari navigantes.* Pii omnes in hoc mundo tanquam navi sunt, & mari fluctibus agitato, Psal. 46. v. 3. Vide supr. Mundus mare. Quibus licet Christus semper adsit, tamen totali liberatione abest, quæ quarta demum vigilia, hoc est, ultimo judicii tempore fiet: Veniet autem nocte, impiis scilicet, quibus erit ut fur, qui que altum somnum securitatis dormiunt. Pii non nocte veniet, sed die, quia cum indies expectarunt, Rom. 8. v. 23. Philipp. 3. v. 20.

CHRISTUS JUDICII DIVINI  
statera.

997. Lev. 19. v. 36. *Statera justa & æqua.* Deus ut justissimus, stateram habet justissimam, in qua si peccata nostra appendantur, ad infernum usque nos demergent. At beneficentissimus est idem Dominus: Ideoque in altera lance Christi meritum ponit, quo fit, ut justissimo statere ipsius examini satis fiat, Rom. 8. v. 3. 2. Cor. 5. v. 21. 1. Cor. 1. v. 30.

## CHRISTUS JUSTUS JUDEX.

998. Gen. 30. v. 33. *Cras mihi respondebit justitia,* dicebat Jacob ad Labanum. In extremo judicio respondebit nostra justitia, quæ Christus, 1. Cor. 1. v. 30. & liberando à servitute Labani, hoc est, peccati & mundi, Roman. 6. v. 18. & hostes nostros mulctando, quibus propria respondebit injustitia, Matth. 25. v. 29. 1. Cor. 4. v. 5.

## CHRISTO POTESTAS JUDICANDI libera.

999. *Omnes vincti in manus Joseph tradebantur.*  
Gg 4 Gen.



Gen. 39. v. 22. Ita Christo in iudicio extremo omnes vincti peccatorum vinculis ( quibus scilicet peccata non fuerunt hinc remissa ) in manus Christi traditi esse declarabuntur, ut iudicentur Joh. 5. v. 29. Dan. 7. v. 10. mali: & liberentur boni, Psal. 14. v. 7. Psal. 97. v. 11. Psal. 146. v. 8. Esa. 61. v. 1. Zachar. 9. v. 11. qui spe velut captivantur, Zach. 9. v. 12. & hujus vitæ malis, Psal. 88. vers. 9.

### CHRISTUS JUDEX ORBIS terrarum.

1000. Ezech. 10. v. 1. seq. vidit virum lineis indutum è medio rotarum & Cherubinorum progredi, prunasque accipere, quas super civitatem Hierusalem effuderit: Imago hæc concremationem urbis per Chaldæos præsignificare debuit, vel etiam prædicationem Evangelii in Novo Testamento. Iudicium quoque extremum adumbrare potest.

1. *Vir ille lineis indutus Christus est, qui humanitatis nostræ lineam vestem induit, quæ sanguine conpersa, Apoc. 19. v. 13.*

2. *E medio rotarum progreditur. Circumrotantibus enim mundum variis tumultibus Rerum publicarum everfionibus, bellis securitate, Matth. 24. v. 20. seq. 2. Tim. 3. v. 1. seq. tandem progreditur Dominus, ut electos suos liberet, ideoque nos capita attollere jubet, Luc. 21. v. 28. tanquam die manumissionis, Roman. 8. v. 23.*

3. *E medio Cherubinorum progreditur. Venit enim comitatus infinitæ angelorum multitudine, Matth. 25. v. 31. 2. Thefl. 1. v. 7.*

4. *Prunæ autem, quas super mundum effundit, sunt iræ Dei & indignatio, quæ sunt ignis ardens ad inferiorem infernum, Deut. 32. v. 22. cap. 4. v. 24. Sulphur, Apoc.*

Apoc. 14. v. 10. Itagnum ignis c. 19. v. 20. cap. 20. v. 10.  
ignis inextinguibilis Matth. 3. v. 12.

## CHRISTUS JUDEX.

1001. Apoc. 5. v. 7. *Agnus accepit librum de manu  
sedentis in throno.*

1. *Agnus est Christus, tollens peccata mundi,*  
Joh. 1. vers. 29. occisus ab origine mundi, Apoc. 13.  
vers. 8.

2. *Accipit librum de manu patris, quia juxta huma-  
nitatem datus est ipsi in tempore, puta liber sententia  
judicandi, Joh. 5. v. 27. Dan. 7. Timeat impii. Agnus  
habet librum, qui aperietur in die judicii, Apoc.  
20. v. 12. Dan. 7. v. 10. Expavescite hædi: Gaudete agni,  
pii, quia agnus habet librum, in quo nomina vestra  
scripta sunt; liber hic vitæ est, in quo vos sanguine  
proprio notavit, chirographum contrarium expunxit,*  
Col. 2. v. 14.

## VITA ÆTERNA A CHRISTO.

1002. *Locum optimum Joseph fratribus suis dedit,*  
Gen. 47. v. 11. Nobis quoque ex Canaan hujus mundi  
translatis fratribus suis, Matth. 25. v. 40. optimum  
locum dabit in æterna vita, hic est ille locus, quem  
nobis paravit Johan. 14. v. 2. Locus habitaculi Dei,  
1. Reg. 8. v. 30. locus gaudii, 1. Chron. 17. v. 27. Psal. 16.  
v. 11. *optimus autem est,* quia ei similem oculus non vi-  
dit, 1. Corinth. 2. vers. 9. quia ex illo loco nemo nos  
ejiciet (sicut fratres Josephi tandem optimo illo loco  
expulsi sunt) gaudium enim nemo tollet à nobis,  
Joh. 16. vers. 22. nulla calamitas affliget Apoc. 7. v. 16.  
Esa. 25. v. 8.

CHRISTUS REGNUM PATRI  
traditurus.

1003. *Septem filiam virginem Deo obtulit,* Jud. 11. Ita  
Gg 5 Chri-

Christus, subiectis sibi hostibus suis, 1. Cor. 15. v. 25. Offeret Deo patri Ecclesiam suam virginem sine macula, 2. Cor. 11. v. 2. Eph. 5. v. 27. Cant. 4. v. 7. Rom. 5. vers. 2. cui spirituales nuptias facturus, Apocal. 19. vers. 7. & gratiæ regnum regnô gloriæ commutaturus.

### CHRISTUS REGNUM DEO patri reddet.

1004. Josephus Ægyptum Pharaoni subjecit, Genes. 47. vers. 20. Sic Christus ex universo mundo sibi ecclesiam collegit, in regno gratiæ, quam regnum patri tradens, Deo patri sistet Ephes. 5. vers. 27. subijciet, 1. Cor. 15. vers. 28. nec tamen regno se abdicabit, regnum enim ejus æternum est, Esa. 9. v. 7. Dan. 2. v. 44. Luc. 1. v. 33. Dan. 4. v. 31. Mich. 4. v. 7. sed formam solum modumque administrandi immutabit, non amplius pugnabit, quia omnes hostes cæsi, fugati, 1. Cor. 15. v. 26. 27. non colliget, quia jam collegit triticum suum, Matth. 3. v. 12. non colliget suorum lachrymas in saccum, Psal. 56. v. 9. quia nullus ibi lachrymis erit locus, Esa. 35. v. 10. quia absterget ibi lachrymas, Apoc. 7. v. 17. non eripiet amplius, quia cælo ejecit omnes lupos, canes, hi foris sunt, Apoc. 22. v. 15. Omnes agros, ipsosque adeo Ægyptios Pharaoni subjecit Joseph. Cordis piorum ager totus erit Deo consecratus, qui in hac vita saltem ex parte fructus ferebat, succrescente in eo subinde lolio peccati & veneno concupiscentiæ repullulante.

*Plura de regno Gloriæ, vid. in capit. de Vita æterna.*

## ARTICULUS XVII.

DE PROPHETICO OFFICIO  
CHRISTI.CHRISTUS INTERPRES PRO-  
phetarum.

1005. Apoc. 5. vers. 2. *Signacula libri clausi Christus aperuit.* Clausus liber prophetarum scripta fuere, ob Pharisæorum fraudulentiam, prophetias adulterantium, ob propriam gentis Judaicæ cæcitatem & persuasionem de regno Messie corporali. Christus ergo signacula revulsit, clavem scientiæ suppeditavit, ut verus ille Propheta, mundo promissus, Deut. 18. vers. 15.

## LEGIS INTERPRES

Christus.

1006. *Isaac novos puteos effodit, patriis per Philistinos corruptis,* Gen. 26. v. 18. post mortem Abrahami. *Isaac verus* Christus est, filius ille secundum promissionem patribus datam; *effodit & ille aperuitque* novos legis puteos, verum ejus sensum tradendo, quæ per *Esek* significatur. *Rechobod* Evangelium designat, à Christo revelatum, verè peccatori resipiscenti dilationem faciens. Uterque puteus ab Abrahamo, hoc est, Deo effossus erat, pro modo V. T. congruenti, sed obturatus per Pharisæos, lex horrendum depravata, vera de Messia futuro fides planè sublata, per temporales de regno illius imaginationes.

## SUB CHRISTI LINGUA

mel &amp; lac.

1007. Cant. 4. v. 11. *Lac & mel Evangelii doctrinam* designant, quæ ex ore Christi fluxit, Joh. 1. v. 18.

Ideo

Ideo sub lingua ipsius esse dicitur. Conf. Plal. 119. vers. 103. Ezech. 3. vers. 3. & cum d. l. ex Cant. Esa. 61. vers. 1.

### CHRISTUS SIMILIS PROPHETA

Mosi, Deut. 18. v. 16.

1008. *Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus.*

1. *Ratione missionis.* Moses à Deo missus erat; Ita & Christus, Esa. 61. v. 1.

2. *Missionis objecti cui.* Moses populo Dei missus erat: Ita Christus ad perditas oves domus Israel, Matth. 15. v. 24. Rom. 15. v. 8. Interim tamen Samaritanos & Cananæos non plane despexit, Joh. 4. v. 26. Matth. 15. v. 21.

3. *Generis.* Moses ex Judæis genus ducebat: Ita Christus, Hebr. 7. v. 14. Apoc. 5. v. 5.

4. *Immediata verbi acceptationis:* Moses à nullo propheta, sed Deo ipso legem accepit, Exod. 34. Ita Christus ex ipso patris sinu Evangelium attulit, Johan. 1. vers. 18.

5. *Verbi per miracula obfignationis.* Ita Christus variis miraculis doctrinam confirmavit, Marc. 16. vers. ult.

6. *Fidelitatis.* Moses fidelis Dei servus fuit, Hebr. 3. vers. 2. Apoc. 15. v. 3. Deut. 34. vers. 10. Num. 12. vers. 7. Multo magis Christus, qui toties fidelis Dei servus audit, Esa. 42. vers. 1. cap. 43. vers. 10. cap. 49. v. 6. cap. 53. v. 11.

### CHRISTUS VERUS PROPHETA.

1009. I. Sam. 3. v. 1. *Tempore Samuelis sermo Dei pretiosus erat & visio non manifesta. Samuel verò, fidus Dei sacerdos cepit predicare nomen Domini, cui idem sepa-*

*se patefecerat.* Tempore Christi, sermo Domini pretiosus erat, Matth. 9. v. 36. visio non erat manifesta, caligantibus nimirum fidei oculis, traditionibus antiquorum effascinat. Verus autem Samuel Christus, fidus ille sacerdos, nomen Domini prædicavit, seque verum prophetam esse ostendit, & fidelissimum testem, Zach. 9. v. 10.

**CHRISTUS OMNIA PROPHETARUM munia implevit.**

1010. *Que erant* 1. Ecclesiæ extraordinaria gubernatio.

2. Doctrinæ cœlestis propagatio.

3. Legis interpretatio.

4. Cultus instauratio.

5. Peccantium reformatio, 2. Sam. 12. v. 7.

6. *Vaticinatio* de futuris. Omnia apprimè Christo congruunt. Ad 1. pertinet ementium vendentiumque flagellatio, Matth. 21. v. 12. &c. Ad 2. Esa. 61. v. 1. & Matth. 5. v. 17. Ad 4. Matth. 15. v. 3. Ad 5. Matth. 23. Ad 6. Matth. 24.

**CHRISTUS MAGNUS PROPHETA,**  
Luc. 7. v. 16.

1011. 1. *Persona*, Deus enim & homo est in una persona; magnum hoc pietatis mysterium, 1. Tim. 3. vers. 16.

2. *Opere*, 1. Magnitudine brachii, quâ nos liberavit.

2. Misericordiæ, Num. 14. v. 18. quâ peccata condonavit.

3. *Virtute*, Eph. 1. v. 19.

4. *Principatu*, Dan. 12. v. 1.

5. *Pontificatu*, Hebr. 4. v. 14.

6. *Sacerdotio*, Hebr. 10. v. 21.

7. *Pastoris officio*, Hebr. 13. v. 20.

CA.